ceptus erat. is, tamquam non, utrum bellandum esset necne, consu- 3
leretur, sed, ubi et qua ratione bellum gereretur, victoriam se haud
dubiam proponere animo adfirmabat, si in Europam transisset
rex et in aliqua Graeciae parte sedem bello cepisset. iam pri- 4
mum Aetolos, qui umbilicum Graeciae incolerent, in armis eum

s. 25, 6, 9. — *patr. Lac.*, darnach war Nabis ein Lacedaemonier, s. 34, 31, 19. — *remissa*, nachgelassen, gelassen, c. 45, 4; 32, 2, 5 u. a. — *Antiocho*, von *imper. fac.* abhängig, vgl. 38, 43, 3. — *Zmyrna e. L.*, wie § 8; dass die Forderung der Römer viel weiter gieng, ist nicht beachtet.

7—9. *Persas*, als deren Nachfolger sich jedoch sonst die Seleuciden betrachteten. — *nisi* wie *nisi forte* ironisch, 21, 40, 7; 22, 59, 10; 39, 4, 12; 40, 12, 17, wodurch angedeutet wird, dass die scheinbar unbedeutende Forderung symbolisch etwas Wichtiges bezeichnete, s. Herod. 6, 48; 7, 32; Curt. 3, 25, 8. — *per sim. tempt.*, sie machten in ähnlicher Weise den Versuch, ob Ant. auf ihr Verlangen die zwei Städte frei gebe. — *Romanis agi*, s. c. 16, 12; 1, 23, 10: *quaerentibus initur;* 22, 34, 8; 9, 36, 1; Kühnast 139. — *duab.*, nur zwei. — *exuisse iug.*, vgl. 34, 7, 12: *exuitur servitus.* Uebrigens waren die beiden Städte bereits frei, s. c. 42, 1. — *et al.* etc., auch andere würden dann, Crev, verm. *sed al.* — *liberat. p.*, 4, 15, 6; 1, 56, 8. — *si non* etc., wenn nicht schon an sich u. s. w., hat L. von seinem Standpunkte aus dem Redenden untergeschoben, vgl. 2, 9, 3: *satis libertatem ipsam habere dulcedinis.* — *cuique* ohne Beziehungswort s. 4, 58, 13; 24, 45, 4; 26, 44, 8 u. a.

18. 1—3. *Alexand.*, 36, 20, 5. — *Philippo*, s. 10, 41, 5; 39, 47, 10; anders § 3, wo *bello* von *sedem capere* abhängt. — *gradum am.*, s. 1, 34, 12, mit *acceptus* verbunden, wie man sagt *accipere in amicitiam; et accept. erat* würde, wenn nicht *Alexander* — *erat* für sich genommen würde, ein leichtes Anakoluth sein, da *et* nicht sowol an *in consilio erat* als an *secutus* anknüpft, so dass dann nur *acceptus* zu erwarten wäre. — *interess.*, Theil nehmen durfte. — *is tamq.* = *is t. si*, 28, 43, 4; § 2 ist *tanquam* = als, s. 2, 2, 3.

4—8. *iam pr.*, s. 28, 39, 5; 9, 5,

5 inventurum, antesignanos ad asperrima quaeque belli paratos; in duobus velut cornibus Graeciae, Nabim a Peloponneso concitaturum omnia, repetentem Argivorum urbem, repetentem mariti-
6 mas civitates, quibus eum depulsum Romani Lacedaemonis muris inclusissent, a Macedonia Philippum, ubi primum bellicum cani audisset, arma capturum: nosse se spiritus eius, nosse animum; scire ferarum modo, quae claustris aut vinculis teneantur,
7 ingentis iam diu iras eum in pectore volvere; meminisse etiam se, quotiens in bello precari omnis deos solitus sit, ut Antiochum sibi darent adiutorem, cuius voti si compos nunc fiat, nul-
8 lam moram rebellandi facturum. tantum non cunctandum nec cessandum esse: in eo enim victoriam verti, si et loca opportuna et socii praeoccuparentur. Hannibalem quoque sine mora mittendum in Africam esse ad distringendos Romanos.

19 Hannibal non adhibitus est in consilium, propter conloquia cum Villio suspectus regi et in nullo postea honore habitus. primo
2 eam contumeliam tacitus tulit; deinde melius esse ratus et per-

12 u. a. — *Aetol.* etc., nach der c. 12, 6 erwähnten Gesandtschaft des Dicaearchus, deren Resultat c. 12, 18 kurz angedeutet ist, musste Antiochus schon vorher und genauer mit den erwähnten Verhältnissen bekannt sein. L. hat daher die Berathung zu spät berührt (Nissen), oder Alexander eine nicht passende, theils zu weit gehende (*repet. Argos*; *Phil. a. capt.*) theils zu wenig sagende Rede, (*Nab. — concitat,* vgl. c. 13, 1; 25, 2) in den Mund gelegt. — *umbilic.*, 37, 54, 21; 38, 48, 2: *Delphos — umbilicum orbis terrarum*, 41, 23, 13; Delphi aber war damals im Besitze der Aetoler, s. 33, 35, 9. — *Aetolos — eum inv.*, der Zusammenhang hebt die Zweideutigkeit. — *antesign.*, Vorkämpfer, vgl. Cic. Phil. 2, 29, 71; ein ähnlicher Tropus liegt bei *classicum cani* zu Grunde, Cic. Phil. 7, 1, 3; Or. 12, 39. — *ad — par.*, 3, 10, 10: *ad partes paratos*. — *velut corn.*, s. 36, 15, 8; 2, 51, 4. — *spiritus* 1, 31, 6; 26, 24, 5; *animum*, den wirklichen Muth. — *ferarum*, s. 34, 4, 19; nach 36, 7, 12 hat Thoas die Aeusserung gethan. — *in p. volv.*, gewöhnlich *animo*, od. *in animo volvere, volutare*. — *in bello*, während des Krieges mit Rom. — *nunc*, 3, 2, 4; ib. 40, 12; anders c. 8, 7. — *tant. non*, c. 11, 4; anders 34, 40, 5. — *cunct. — cessand.*, zögern zu beginnen — bei der Fortführung der Sache, c. 35, 16 f. — *praeocc.*, vor den Römern. — *distring.*, 44, 35, 8: *distringere copias regias*, 31, 11, 10.

19. 1—2. *consil.*, der c. 18, 1 erwähnte; s. § 7; das im Folg. Erzählte ist später geschehen, s. *postea*; § 2, vgl. Polyb. l. l.: *προβαίνοντος τοῦ χρόνου* (nach der Unterredung mit Villius c. 14, 2) *καὶ τοῦ βασιλέως ὑπόπτως ἔχοντος ἀεὶ καὶ μᾶλλον πρὸς τὸν Ἀννίβαν, ἐγένετό τις καιρὸς ὡς ἐπὶ λόγον ἀχθῆναι τὴν — ἀτοπίαν ἐν αὐτοῖς;* Corn. l. l. *tempore dato*; Gron. verm. *t. capto*, s. 3, 9, 7; 26, 12, 15. — *tac. tul.*, 5, 29, 10.

cunctari causam repentinae alienationis et purgare se, tempore
apto quaesita simpliciter iracundiae causa auditaque „pater Ha- 3
milcar“ inquit, „Antioche, parvum admodum me, cum sacrifica-
ret, altaribus admotum iureiurando adegit numquam amicum fore
populi Romani. sub hoc sacramento sex et triginta annos mili- 4
tavi; hoc me in pace patria mea expulit; hoc patria extorrem in
tuam regiam adduxit; hoc duce, si tu spem meam destitueris,
ubicumque vires, ubi arma esse sciam, inveniam toto orbe ter-
rarum quaerens aliquos Romanis hostis. itaque si quibus tuo- 5
rum meis criminibus apud te crescere libet, aliam materiam
crescendi ex me quaerant. odi odioque sum Romanis. id me 6
verum dicere pater Hamilcar et dii testes sunt. proinde cum de
bello Romano cogitabis, inter primos amicos Hannibalem habeto;
si qua res te ad pacem compellet, in id consilium alium, cum quo
deliberes, quaerito.“ non movit modo talis oratio regem, sed 7
etiam reconciliavit Hannibali. ex consilio ita discessum est, ut
bellum gereretur.

3—4. *parv. adm.*, 21, 1, 4; Polyb.: *ἔφη — ἔτη ἔχειν ἐννέα.* — *sub h. s.*, hier gleichsam der Fahneneid, vorher der Eidschwur, vgl. 25, 37, 3: *sub hac disciplina* u. ä. — *sex e. tr.*, diese scheinen nicht von dem kriegsfähigen Alter an gerechnet zu sein, sondern von dem vorher bezeichneten Zeitpunkte, vgl. 30, 37, 9: *novem annorum a vobis profectus post sextum et tricesimum annum redii*, obgleich er sich schon 30, 30. 10 *senex* nennt. — *extorrem* nach *expulit* wie sonst das Partic. *cepi — captum.* — *hoc duce*, eine auffallende Personification, s. 2, 4, 3, in Bezug auf die wol auch schon *sub hoc — expulit — adduxit* gesagt ist, vgl. zu 23, 37, 5. — *sciam*, erfahre, c. 38, 14. — *inveniam*, die hdsch. Lesart: ich werde dazu gelangen, kommen, es auffinden, schon in Bezug auf das folg. *quaerens* gesagt, s. 30, 42, 7: *bellum quaerere regem; propediem inventurum*; ad Herenn. 4, 36, 48: *dum vitastis vituperationem — eam invenistis*; Flor. 1, 24 (2, 8), 5: *Hannibal — hostem populo R. toto orbe quaerebat;* vgl. L. l. 53, 9. — *aliquos*, wenigstens einen und den anderen, scheint mehr zu *inveniam* als zu *quaerens*, da H. wol viele suchte, zu passen.

5—7. *meis crim.*, Beschuldigungen gegen mich, Cic. Cael. 12, 29: *cum is non suo crimine — sit in odium vocatus.* — *cresc. ex me*, vgl. 1, 46, 2; 27, 35, 8; 29, 37, 17. — *odi*, dazu ist *Romanos* aus *Romanis* zu denken, s. c. 30, 4; 26, 27. 12. — *odio sum* vertritt das Passiv von *odi*, Cic. Phil. 1, 14, 33. — *Hannib.*, 30, 30, 29. — *cum* giebt zunächst die Zeit an, enthält aber, *si* entsprechend, zugleich die Bedingung, vgl. 6, 41, 3; 34, 31, 13, zu 32, 9, 10. — *alium*, welches nicht durchaus nothwendig ist, hat nur die Mz. Hs., Cic. Or. 9, 32: *nactus sum etiam, qui Xenophontis similem se esse cuperet*, anders Polyb.: *ἐπὰν δὲ — φιλίαν συντίθηται πρὸς αὐτούς, τότε μὴ προσδεῖσθαι διαβολῆς, ἀλλ᾽ ἀπιστεῖν καὶ φυλάττεσθαι.* — *ex cons.* geht auf c. 18 zurück. — *ita*, so gestimmt, in der Absicht, dass — sollte.

20 Romae destinabant quidem sermonibus hostem Antiochum,
2 sed nihildum ad id bellum praeter animos parabant. consulibus ambobus Italia provincia decreta est, ita ut inter se compararent
3 sortirenturve, uter comitiis eius anni praeesset; ad utrum ea non pertineret cura, ut paratus esset, si quo eum extra Italiam
4 opus esset ducere legiones. huic consuli permissum, ut duas legiones scriberet novas et socium nominis Latini viginti milia et
5 equites octingentos; alteri consuli duae legiones decretae, quas L. Cornelius consul superioris anni habuisset et socium ac Latini nominis ex eodem exercitu quindecim milia et equites quin-
6 genti. Q. Minucio cum exercitu, quem in Liguribus habebat, prorogatum imperium; additum, in supplementum ut quattuor milia peditum Romanorum scriberentur, centum quinquaginta equites, et sociis eodem quinque milia peditum imperarentur, ducenti
7 quinquaginta equites. Cn. Domitio extra Italiam, quo senatus censuisset, provincia evenit, L. Quinctio Gallia et comitia ha-
8 benda. praetores deinde provincias sortiti, M. Fulvius Centumalus urbanam, L. Scribonius Libo peregrinam, L. Valerius Tappo Siciliam, Q. Salonius Sarra Sardiniam, M. Baebius Tam-
9 philus Hispaniam citeriorem, A. Atilius Serranus ulteriorem. sed his duobus primum senatus consulto, deinde plebei etiam scito

20—21, 6. Vertheilung der Provinzen, Rüstungen, Sühnungen in Rom.

1—4. *Romae* etc., das Folg. bis c. 24 ist den Annalisten entlehnt. — *destinab.*, wie 9, 16, 19; 33, 28, 5 u. a. — *comp. sort.*, 28, 45, 9; Becker 2, 2, 118 ff.; Mommsen Staatsr. 71. — *Italia*, 32, 28, 9; Mommsen a. a. O. 83. — *uter — utrum*, c. 11, 4. — *cura*, 4, 12, 8: *curatio*, c. 6, 2: *suae sortis*. — *nom. Lat.* und § 5; 12 *Latini nominis* wechselt wie 34, 56, 8; 5; 12. — *vig. mil.*, 36, 2, 8; Lange 2, 206.

6—8. *in Lig.* c. 11. — *eodem*, der Begriff der Thätigkeit (*mittenda*) wird durch *imperarentur* angedeutet, wie § 11: *in Bruttios — eodem*; § 7: *quo*; 43, 12, 10; 26, 18, 6. — *quo sen. cens.* mit u. ohne *extra Italiam* ist unbestimmte Bezeichnung der Competenz, daher auch *provincia* od. *sors* genannt od. sonst als solche bezeichnet, vgl. § 3; c. 41, 5; 27, 22, 3; 42, 28, 6; ib. 31, 6 u. a. — *comit. hab.* hat sich in gleicher Construct. an *Gallia*, s. 32, 1, 5, angeschlossen, vgl. 1, 20, 7; anders 39, 32, 5: *sors comitia habendi*.

9—15. *Sarra — Serr.*, c. 10, 11. — *his*, den beiden letzten. — *senat. c. — pleb. sc.*, ob der Senatsbeschluss nur die Aufforderung an die Tribunen enthielt die Sache an das Volk zu bringen, oder diese das Recht des Volks geltend machen, ist nicht deutlich, vgl. 30, 27; ib. 40, 10; 43, 2; 32, 28; 45, 12, 13; ib. 16, 4; Lange 2, 655; das Loos, s. 27, 11, 11 u. a., vgl. 37, 1, 7; 8, 16, 5, wird so aufgehoben. — *plebeiq. sc.*, getrennt wie 25, 7, 5. Ob der hier genannte Baebius der Urheber der 40, 44, 2, s. Fest. p. 282, erwähnten *lex Baebia* sei, nach

permutatae provinciae sunt: A. Atilio classis et Macedonia, Bae- 10
bio Brutti decreti. Flaminio Fulvioque in Hispaniis prorogatum 11
imperium. Atilio in Bruttios duae legiones decretae, quae priore
anno urbanae fuissent, et ut sociis eodem milia peditum quin-
decim imperarentur et quingenti equites. Baebius Tamphilus 12
triginta naves quinqueremes facere iussus et ex navalibus vete-
res deducere, si quae utiles essent, et scribere navalis socios; et
consulibus imperatum, ut ei duo milia socium ac Latini nominis
et mille Romanos darent pedites. hi duo praetores et duo exer- 13
citus, terrestris navalisque, adversus Nabim aperte iam oppu-
gnantem socios populi Romani dicebantur parari; ceterum legati 14
ad Antiochum missi expectabantur, et priusquam ii redissent,
vetuerat Cn. Domitium consulem senatus discedere ab urbe.
Praetoribus Fulvio et Scribonio, quibus ut ius dicerent Romae 21
provincia erat, negotium datum, ut praeter eam classem, cui
Baebius praefuturus erat, centum quinqueremes pararent.

der abwechselnd vier u. sechs Prätoren gewählt, also wol die Prätoren in Spanien je 2 Jahre bleiben sollten, s. Becker 2, 2, 184; Lange 1, 660, lässt sich nicht erkennen, wenigstens wäre das Gesetz oft nicht beachtet worden, da bis 40, 44 immer 6 Prätoren gewählt werden, von denen mehrmals, wenn auch nicht in regelmässigem Wechsel, zwei je zwei Jahre in Spanien bleiben, vgl. c. 22; 37, 2; 38, 42; vgl. ib. c. 35; 39, 8; vgl. 30; 39, 45; 40, 18 ib. 44; vgl. c. 35; 36, 2; 45, 16; dagegen 37, 50, vgl. 38, 35; 39, 38 u. 40, 1; unsicher ist 39, 23. — *A. Atil.* — *Baeb.*, über das Fehlen des zweiten praenomen s. 22, 39, 17; 26, 5, 8; 37, 51; 1 u. a. — *Macedon.*. Bezeichnung der östlichen Seeprovinz, s. § 13; c. 23, 6; ebenso 36, 1, 7, s. 31, 14, 2; 43, 6, 10; ib. 12, 9; dagegen c. 24, 7: *in Epirum*, als nächsten Landungsplatz; c. 22, 2: *Graeciam.* — *Brutti*, s. 36, 2, 6, vgl. 38, 36, 1: das Land derselben, s. 31, 6, 2, scheint zunächst wegen und während des Krieges mit militärischer Besatzung, vgl. die Stelle aus Appian zu 36, 2, 6, ohne dieselbe aber auch nach dem Kriege ein besonderer Verwaltungsbezirk gewesen zu sein, der auch *Tarentum*, 38, 42, 6; 39, 29, 8; ib. 41, 6; oder *Apulia* 39, 45, 5; 40, 18, 3; oder *Apulia et Bruttii*, 37, 2, 1; ib. 50, 13, genannt wird. — *Flam.* — *Fulv.*, 34, 55. — *prorog.*, Mommsen a. a. O. 526. — *Atil. in Brutt.* — *Baeb. Tamph. trig.* ist ein Versehen Ls', welches sich c. 21, 1 wiederholt, wo gleichfalls *Baebius* mit *Atilius* verwechselt ist. — *sociis*, die Bundesgenossen werden also zu den bereits gebildeten Legionen neu hinzugefügt. — *triginta*, vgl. c. 37, 3; 36, 42, 7. — *facere*, c. 24, 8: *novas facere*, c. 21, 1: *pararent*, kann auch die Ausrüstung bezeichnen. — *nav. soc.*, 21, 49, 7; 37, 16, 11. — *duo mil.*, Landtruppen um die Flotte zu bemannen. — *socios*, c. 13, 2.

21. 1. *ut ius dic.* wird gewöhnlich anders ausgedrückt, s. c. 20, 8; c. 41, 6 u. a. — *cent. quinq.*, die grosse Flotte ist ungeachtet der Bemerkung c. 20, 1 schon zum Krieg mit Antiochus bestimmt, dessen Seemacht dem Senate nicht unbekannt sein konnte.

2 Priusquam consul praetoresque in provincias proficiscerentur,
3 rentur, supplicatio fuit prodigiorum causa. capram sex haedos uno fetu edidisse ex Piceno nuntiatum est et Arreti puerum na-
4 tum unimanum, Amiterni terram pluvisse, Formiis portam murumque de caelo tacta et, quod maxime terrebat, consulis Cn. Do-
5 miti bovem locutum „Roma, cave tibi.“ ceterorum prodigiorum causa supplicatum est; bovem cum cura servari alique haruspices iusserunt. Tiberis infestiore quam priore impetu illatus urbi duos pontis, aedificia multa, maxime circa Flumentanam portam,
6 evertit. saxum ingens, sive imbribus seu motu terrae leniore, quam ut alioqui sentiretur, labefactatum in vicum Iugarium ex Capitolio procidit et multos oppressit. in agris passim inundatis pecua ablata, villarum strages facta est.

7 Priusquam L, Quinctius consul in provinciam perveniret, Q. Minucius in agro Pisano cum Liguribus signis collatis pugnavit; novem milia hostium occidit, ceteros fusos fugatosque in
8 castra compulit. ea usque in noctem magno certamine oppu-
9 gnata defensaque sunt. nocte clam profecti Ligures; prima luce vacua castra Romanus invasit; praedae minus inventum est, quod
10 subinde spolia agrorum capta domos mittebant. Minucius nihil

3—6. *uno fetu*, wir nur: auf einmal; Naegelsbach § 9, 1. — *ex Pic.*, so allgemein bezeichnet wie 34, 45; 21, 61. — *unimanus* als Adjectiv scheint sich nur bei L. zu finden, 41, 21, 12. — *terram pluv.*, 10, 31, 8; Kühnast 142. — *bov. locutum*, wie 24, 10, 10; 27, 11, 4; 28, 11, 4; 41, 21, 13; die periocha u. jüngere Hss. haben *b. locutam* wie 3, 10, 6; 41, 13, 1, vgl. 43, 13, 3. — *infest.* — *impetu*, 24, 10, 8: *velut torrentis impetu*, zur Construct. s. 4, 23, 6; 44, 9, 5; wegen der Härte derselben wird *priore anno impetu* vermuthet, s. c. 9. — *duos p.*, so hiessen, im Gegensatze zu dem *pons sublicius*, die beiden Inselbrücken, der pons Fabricius von der Stadt nach der Tiberinsel, der Cestius von dieser nach dem Ianiculum, s. Macrob. 3, 16, 13; Becker 1, 653; 699. — *Flument. p.*, s. c. 9; über die ungewöhnliche Wortstellung s. c. 7, 3; 33, 27, 4; 31, 14, 9; ib. 22, 6. — *alioq.*, sonst, den einen Punkt abgerechnet; 37, 46, 6; 7, 19, 2. — *vico Iug.*, von der porta Carmentalis unter dem Kapitol hin bis zum Forum, 27, 37, 14. — *ex Cap.*, das sich aus den Felsen losgelöst hatte; Cic. Fat. 3, 6: *ex spelunca saxum — cecidisse;* ob das Capitolium im engeren Sinne gemeint sei, lässt sich nicht erkennen, Becker 1, 393. — *pecua* 26, 34, 5.

21, 7—**22**. Verhältnisse in Ligurien, Spanien, Gallien, Achaia.

7—11. *Priusq.*, der Anfang wie § 2. — *Pisano* setzt dieselbe Situation wie c. 3 voraus und steht mit dieser Schilderung, nicht mit c. 11, in Verbindung. — *subinde*, 23, 20, 8. — *spolia agr.* ist ungewöhnlich statt *praeda* gesagt, vgl. 45, 39, 4 *victoriae spolia;* s. zu 23, 11, 3; üb. den Genit. 9, 23, 17: *quorum (castrorum) praeda;* ib.

deinde laxamenti hostibus dedit; ex agro Pisano in Ligures pro-
fectus castella vicosque eorum igni ferroque pervastavit. ibi 11
praeda Etrusca, quae missa a populatoribus fuerat, repletus est
miles Romanus.

Sub idem tempus legati ab regibus Romam reverterunt, qui **22**
cum nihil, quod satis maturam causam belli haberet nisi adversus 2
Lacedaemonium tyrannum, attulissent, quem et Achaei legati nun-
tiabant contra foedus maritimam oram Laconum oppugnare, Ati-
lius praetor cum classe missus in Graeciam est ad tuendos so-
cios. consules, quando nihil ab Antiocho instaret, proficisci ambo 3
in provincias placuit. Domitius ab Arimino, qua proximum fuit,
Quinctius per Ligures in Boios venit. duo consulum agmina di- 4
versa late agrum hostium pervastarunt. primo equites eorum
pauci cum praefectis, deinde universus senatus, postremo in qui-
bus aut fortuna aliqua aut dignitas erat, ad mille quingenti ad
consules transfugerunt. — Et in utraque Hispania eo anno res 5
prospere gestae: nam et C. Flaminius oppidum Licabrum muni-

§ 13, vgl. zu 31, 37, 12. — *Ligures* n. *Apuani*, s. 39, 32; 40, 41. — *igni f.*, s. Curt. 3, 9, 3; 4, 3, 18; bei L. sonst die umgekehrte Stellung, s. 1, 59, 1; 2, 10, 4; 3, 68, 2 u. a., vgl. c. 11, 11. — *praeda Etr.*, welche die Ligurer in Etrurien gemacht und in ihre Castelle geschickt haben, s. c. 3, 6; 34, 56, 2.

22. 1—2. *Sub. id. t.*, ein nicht seltener, durch die Gleichzeitigkeit der Ereignisse herbeigeführter Uebergang, vgl. 32, 7; 33, 22; ähnlich *eodem fere tempore*, vgl. c. 6, 1; 34, 10, 1. *ab reg.* gehört zu *revert.*, Eumenes und Antiochus, denn L. denkt offenbar an die c. 13; 16, erwähnte Gesandtschaft, obgleich diese nicht bei Nabis gewesen ist und andererseits von der Thätigkeit der Aetoler nichts berichtet. — *Achaei*, c. 13, 3; 25, 2. — *matur.*, zur vollen Entwickelung, Reife gekommen, vgl. 31, 32, 3: *maturitas*, 2, 63, 2. — *advers. Lac.*, von *c. belli* abhängig. — *oram Lac.*, c. 13, 2. — *Atil.*, hier wieder richtig, c. 20, 11; 21, 1. — *Graec.*, 36, 1, 6.

3—4. *ab Ant. inst.*, von Seiten des Ant. nichts Dringendes vorlag; der Senat wusste, dass der König noch nicht gerüstet war. — *consul.*, beide sind also noch in Rom, nicht blos Domitius nach c. 20, 14; beide ziehen nach Gallien, anders c. 40, 2. Im Folg. ist die 39, 42, 8 erwähnte Frevelthat des Quinctius übergangen. — *Arim.*, s. 31, 10; 21; 33, 37, 1. — *qua pr. fuit*, wie im Deutschen, 37, 37, 4; anders *qua proxime duci potest* u. a. 9, 44, 10; 40, 21, 7; nicht durch das Gebiet der Ligurer wie c. 4, 1. — *equites*, s. Caes. B. G. 6, 13; 15. — *cum praef.*, nach römischer Weise bezeichnet, vgl. 8, 7, 1; Caes. B. G. 3, 26; die Mehrzahl der Ritter bleibt der nationalen Sache treu. — *senatus*, sonst *seniores*; *maiores natu*, vgl. c. 40, 3; 21, 20, 3; 32, 30, 6; s. zu 38, 25, 4; Caes. 7, 33, 2. — *fortuna*, vgl. 1, 42, 4. — *ad m. quingenti*, 22, 41, 2.

5—8. *Flam.*, s. c. 20, 10; 7, 7. — *Licabr.*, im Gebiete der Vaccaeer,

tum opulentumque vineis expugnavit et nobilem regulum Conri-
6 bilonem vivum cepit, et M. Fulvius proconsul cum duobus exercitibus hostium duo secunda proelia fecit, oppida duo Hispanorum, Vesceliam Helonemque, et castella multa expugnavit; alia
7 voluntate ad eum defecerunt. tum in Oretanos progressus et ibi duobus potitus oppidis, Noliba et Cusibi, ad Tagum amnem
8 ire pergit. Toletum ibi parva urbs erat sed loco munito. eam cum oppugnaret, Vettonum magnus exercitus Toletanis subsidio venit. cum iis signis collatis prospere pugnavit et fusis Vettonibus operibus Toletum cepit.

23 Ceterum eo tempore minus ea bella, quae gerebantur, curae patribus erant quam expectatio nondum coepti cum Antiocho
2 belli. nam etsi per legatos identidem omnia explorabantur, tamen rumores temere sine ullis auctoribus orti multa falsa veris mi-
3 scebant. inter quae adlatum erat, cum in Aetoliam venisset An-
4 tiochus, extemplo classem eum in Siciliam missurum. itaque senatus, etsi praetorem Atilium cum classe miserat in Graeciam,
5 tamen, quia non copiis modo sed etiam auctoritate opus erat ad tenendos sociorum animos, T. Quinctium et Cn. Octavium et Cn.

s. Uckert p. 432. — *procons.*, c. 1, 5; 36, 2, 8. — *Vescel.* (vgl. 23, 37, 12) *Helon.*, scheinen sonst ebenso wenig bekannt zu sein als das folg. *Noliba* und *Cusibi.* — *volunt.*, s. 36, 12, 6. — *Oret.*, in deren Gebiete ist c. 7, 7 Flaminius, in der provincia citerior, thätig; aus demselben wäre Fulvius nach Norden in das der Carpetaner, in welchem Toletum lag, vorgegangen. — *Tolet.* etc. ist schon c. 7 in etwas anderem Zusammenhange, wahrscheinlich nach einer anderen Quelle erzählt worden. — *loco m.*, Plin. 3, 3, 25: *Toletani Tago flumini impositi.*

23—24. Vorbereitungen zum Kriege, Wahlen in Rom. App. Syr. 15; Plut. Tit. 15.

1—3. *curae er.*, 34, 32, 5, der Gegenstand der Sorge war nicht sowol die *expectatio* als der erwartete Krieg. — *coepti cum*, 24, 48, 13: *cum Syphace — coepta amicitia est.* — *etsi — tamen* ist unsicher, die meisten Hss. haben *et per legatos — et quod rumores*, viell. war *et per legatos — et tamen rumores* geschrieben, s. 21, 3, 3; 40, 47, 10. — *identidem* setzt wie 36, 3, 10: *totiens* mehr als die zwei c. 13 und 33, 39, vgl. 34, 57, 4, erwähnten Gesandtschaften voraus, so dass an einer derselben Scipio Theil nehmen konnte, s. c. 14, 5. — *temere*, ohne allen Grund, durch das Folg. erklärt. — *inter q.*, 22, 57, 6: *inter quae Gallus et Galla vivi demissi sunt*, *quae* geht auf *falsa.* — *venisset:* wenn er — sein würde.

4—9. *Atil.*, c. 22, 2. — *copiis*, durch Truppenmacht, mit Gewalt; *auctor.*, durch Geltendmachen der Würde des Senates auf die Gemüther einzuwirken. — *tenend.*, s. 34, 27, 3. *socior.*, der mit Rom verbündeten Griechen, vgl. c. 20, 13. — *Quinct.*, Plut. nennt diesen allein; *Octav.*, 34, 45; *Servil.*, 33, 47, 7; 30, 24; *Vill.*, c. 13, 6, vgl. c. 39, wo er allein nebst Quinctius

Servilium et P. Villium legatos in Graeciam misit et, ut M. Baebius ex Bruttis ad Tarentum et Brundisium promoveret legiones, decrevit, inde, si res posceret, in Macedoniam traiceret, et ut M. 6 Fulvius praetor classem navium viginti mitteret ad tuendam Siciliae oram, et ut cum imperio esset, qui classem eam duceret — duxit L. Oppius Salinator, qui priore anno aedilis plebei fuerat —, 7 et ut idem praetor L. Valerio collegae scriberet periculum esse, 8 ne classis regis Antiochi ex Aetolia in Siciliam traiceret: itaque placere senatui ad eum exercitum, quem haberet, tumultuariorum militum ad duodecim milia et quadringentos equites scriberet, quibus oram maritimam provinciae, qua vergeret in Graeciam, tueri posset. eum dilectum praetor non ex Sicilia ipsa tantum 9 sed ex circumiacentibus insulis habuit, oppidaque omnia maritima, quae in Graeciam versa erant, praesidiis firmavit. addidit 10 alimenta rumoribus adventus Attali, Eumenis fratris, qui nuntiavit Antiochum regem Hellespontum cum exercitu transisse, et Aetolos ita se parare, ut sub adventum eius in armis essent. et 11 Eumeni absenti et praesenti Attalo gratiae actae, et aedes liberae locus lautia decreta, et munera data, equi duo, bina equestria arma et vasa argentea centum pondo et aurea viginti pondo.

Cum alii atque alii nuntii bellum instare adferrent, ad rem **24** pertinere visum est consules primo quoque tempore creari. ita- 2 que senatus consultum factum est, ut M. Fulvius praetor litteras

nach Polyb. erwähnt ist. — *Baeb.*, c. 20, 10. *Tarent.*, 36, 2, 7; App. l. l. — *legion.*, 2 Legionen nach c. 20, 11, vgl. 36, 14, 1. — *nav. vig.*, c. 24, 6; 36, 2, 11. — *cum imperio ess.*, wie 23, 34, 14; vgl. 28, 46, 13; Mommsen Staatr. 176; anders ist das Verhältniss 32, 16, 2; 36, 2, 11. — *Opp.*, 32, 28, 3; Mommsen a. a. O. 452 fg. — *Valer.*, c. 20, 8. — *tumult.*, wie c. 2. — *milit.* im Gegensatze zu *equites* Fusssoldaten, 28, 1, 5; 22, 37, 7 u. a. — *qua verg.*, 38, 4, 2.

10—11. *alimenta*, schon von Ovid. bildlich gebraucht. *rumorib.* geht auf § 1 zurück um das Folg. anzuknüpfen. *Attal.*, wol von Eumenes, der c. 39 1 in Griechenland ist, gesendet. — *Hellesp.* — *trans.*, der Annalist, dem L. folgt, scheint geglaubt zu haben, dass Antiochus zu Lande nach Griechenland ziehe, vgl. c. 35, 7; 48, 3; 33, 44, 7, was bei der Unentschiedenheit Philipps, s. 36, 8, 6, nicht möglich war. — *ita se par.*, 3, 40, 12. — *absenti*, der Grund, warum Attalus geschickt war, ist c. 17, 1 angedeutet. — *aed. lib.*, 28, 39, 19. — *munera*, Geschenke ausser dem, was regelmässig dem Gastfreund gewährt wird. — *equestr. arma*, s. zu 43, 5, 8; Priscian. de figur. num. 6, 24 (1353) Livius in XXXV *et bina equestria arma*. — *pondo*, 36, 35, 12.

24. 1—3. *alii* — *instare*, die Unzuverlässigkeit derselben ist c. 23, 2 bezeichnet, und schwerlich hat sich der Senat durch dieselben bestimmen lassen. — *praetor*, als

extemplo ad consulem mitteret, quibus certior fieret senatui pla-
cere, provincia exercituque tradito legatis Romam reverti eum
3 et ex itinere praemittere edictum, quo comitia consulibus crean-
dis ediceret. paruit iis litteris consul et praemisso edicto Ro-
4 mam venit. eo quoque anno magna ambitio fuit, quod patricii
tres in unum locum petierunt, P. Cornelius Cn. F. Scipio, qui
priore anno repulsam tulerat, et L. Cornelius Scipio et Cn. Man-
5 lius Volso. P. Scipioni, ut dilatum viro tali, non negatum hono-
rem appareret, consulatus datus est; additur ei de plebe collega
6 M'. Acilius Glabrio. postero die praetores creati L. Aemilius
Paulus M. Aemilius Lepidus M. Iunius Brutus A. Cornelius Mam-
mula C. Livius et L. Oppius, utrique eorum Salinator cognomen
erat; Oppius is erat, qui classem viginti navium in Siciliam du-
7 xerat. interim, dum novi magistratus sortirentur provincias, M.
Baebius a Brundisio cum omnibus copiis transire in Epirum est
8 iussus et circa Apolloniam copias continere, et M. Fulvio praetori
urbano negotium datum est, ut quinqueremes novas quinqua-
ginta faceret.

25 Et populus quidem Romanus ita se ad omnis conatus An-
2 tiochi praeparabat; Nabis iam non differebat bellum, sed summa
vi Gytheum oppugnabat et infestus Achaeis, quod miserant ob-

Stadtprätor. — *consul.*, c. 20, 7. — *ex itin. edictum* — *ediceret*, wie 24, 7, 10f; 2, 24, 6.

4—8. *ambitio* — *in un. loc.*, c. 10, 1; 4. — *L. Corn. Sc.*, im zweiten Jahre nach der Prätur, 34, 54. *ut* — *appar.*, ein von L. gedachtes oder den Wählern untergeschobenes Motiv. — *additur* etc., wie 9, 41, 1 u. a. *Acil.* ein Anhänger der Scipionen, s. 30, 40, 9; ib. 43, 1; 33, 25, 2; ib. 24, 2. — *Aemil.*, s. CIL. I. p. 289, vgl. 184, ist c. 10, 11 mit Lepidus Aedil. *C. Liv.*, s. c. 10, 3; 33, 7; *Opp.*, c. 23, 7; beide sind durch *et* verbunden wegen des Zunamens *Salinator*, 25, 28, 5; Tac. Ann. 5, 1. — *a Brund.*, c. 23, 5. — *cum omn. c.*, c. 23, 5. — *Epirum*, es ist Epirus nova gemeint, vgl. c. 20, 10; Forbiger alte Geogr. 3, 846; 849. — *Apollon.*, wie 31, 22, 4; ib. 14, 2 u. a. — *novas* etc., ob ausser der c. 21, 1 erwähnten Flotte ist nicht klar. — *facer.*, c. 20, 12.

25—30. Philopoemen gegen Nabis. Plut. Philop. 14; Tit. 15f.; Pausan. 8, 50; Iustin. 31, 3, 4.

Et — *quidem*, an das Vorherg. anschliessend, bildet, wie oft, 2, 2, 9, den Uebergang zum Folg., der griechisch. Geschichte 192—91, die L. bis c. 39 nach Polyb. erzählt, den Anfang und noch im J. 192, s. 36, 1, berichtet, während Polyb., der mit dem Herbste das Jahr beginnt, wol schon hier den Jahresabschnitt gemacht hatte. — *ita* etc., c. 34, 12, 1. — *Nabis* knüpft an c. 13, 1, an, vgl. zu c. 18, 4 *iam non*, nicht länger. — *differeb.*, der Krieg ist indessen schon begonnen, c. 13. — *infestus*, in drohender Stellung gegen, s. c. 12, 1; 1, 57, 2; 2, 56, 5: *invisum infestumque plebi*; 23, 2, 3; 42, 11, 5; Andere lesen *infensus*, was mehr

sessis praesidium, agros eorum vastabat. Achaei non antea ausi 3
capessere bellum, quam ab Roma revertissent legati, ut, quid se- 4
natui placeret, scirent, post reditum legatorum et Sicyonem con-
cilium edixerunt et legatos ad T. Quinctium miserunt, qui con-
silium ab eo peterent. in concilio omnium ad bellum extemplo 5
capessendum inclinatae sententiae erant; litterae T. Quincti cun-
ctationem iniecerunt, quibus auctor erat praetorem classemque
Romanam expectandi. cum principum alii in sententia perma- 6
nerent, alii utendum eius, quem ipsi consuluissent, consilio cen-
serent, multitudo Philopoemenis sententiam expectabat. praetor 7
is tum erat et omnis eo tempore et prudentia et auctoritate an-
teibat. is praefatus bene comparatum apud Aetolos esse, ne
praetor, cum de bello consuluisset, ipse sententiam diceret, sta-
tuere quam primum ipsos, quid vellent, iussit: praetorem decreta 8
eorum cum fide et cura exsecuturum adnisurumque, ut, quan-
tum in consilio humano positum esset, nec pacis eos paeniteret
nec belli. plus ea oratio momenti ad incitandos ad bellum ha- 9
buit, quam si aperte suadendo cupiditatem res gerendi ostendis-

die feindselige Gesinnung bezeichnen würde. — *miser.*, c. 13, 3. — *antea* — *quam* findet sich selten statt *antequam*, s. Cic. Fam. 3, 6, 2, vgl. 26, 31, 7: *posteaquam*; der Conjunctiv, gegen 23, 30, 4; 35, 26, 9, bezeichnet, wie 45, 11, 3; 24, 18, 9; 5, 19, 11 u. a., die An- und Absicht der Achäer, sie sollen zuerst zurückgekehrt sein, vgl. Caes. B. G. 3, 18, 7: *non prius* — *quam sit concessum.* — *Sicyon.*, s. 31, 25, 2: *Argis.* — *concil. ed.*, vgl. 34, 22, 6; dagegen c. 27, 11: *indictum*; 31, 29, 8. — *ad Quinct.*, c. 23, 5.

5—9. *capessend.*, 31, 28, 4. — *inclin.* — *erant*, hatten sich geneigt, s. 31, 32, 1; 30, 43, 1; 29, 33, 10. — *iniecer.*, nach der Mz. Hs., die übrigen haben *fecerunt*, wie oft *moram facere*, vgl. 36, 9, 13; 27, 45, 1: *intervallum facere*; 3, 1, 7: *fastidium f.*, u. ä. — *expect.*, seine Meinung gieng dahin, dass — sollte, 7, 36, 9; 38, 31, 1, vgl. 26, 4, 10; mit *ut* 3, 44, 8 u. a., selten *ad* mit dem Gerundivum; Cic. Att. 9, 11 A. 2; pr. dom. 12, 30; anders ist L. 2, 48, 8: *auctores sumus tutam* — *maiestatem fore*, wir bürgen dafür. — *princip.*, die zuerst das Wort ergreifen, besonders die Damiurgen, 32, 21, 1; ib. 22, 2; 41, 24, 19. — *in sent. perm.* n. *extemplo bellum esse capessendum;* der Brief scheint erst während der Berathung angelangt zu sein. — *sentent exp.*, es geht daraus hervor, dass es dem Strategen erlaubt war seine Ansicht über den Krieg auszusprechen, vgl. 32, 22, 3; ib. 21, 3; 38, 31, 2; Polyb. 28, 7, 6: ἐκκλει τὰ πράγματα τὴν τοῦ στρατηγοῦ γνώμην. — *praetor*, er war soeben aus Kreta, c. 26, 4, zurückgekommen und jetzt zum viertenmale Strateg; Plut. c. 14; Hertzberg, 1, 113. — *praef.* 34, 27, 6; 33, 12, 3. — *Aetol.*, in anderen Angelegenheiten durfte er seine Meinung sagen, s. Brandstäter, die Gesch. des ätol. Bundes 310. — *exsecutur.*, dieses lag dem Prätor als der Executivbehörde ob. *momenti ad*, 21, 4, 2; 42, 46, 5.

10 set. itaque ingenti consensu bellum decretum est, tempus et ra-
11 tio administrandi eius libera praetori permissa. Philopoemen,
praeterquam quod ita Quinctio placeret, et ipse existimabat clas-
sem Romanam expectandam, quae a mari Gytheum tueri posset;
12 sed metuens, ne dilationem res non pateretur, et non Gytheum
solum sed praesidium quoque missum ad tuendam urbem amit-
26 teretur, naves Achaeorum deduxit. Comparaverat et tyrannus
modicam classem ad prohibenda, si qua obsessis mari summit-
terentur, praesidia, tres tectas naves et lembos pristisque, tradita
2 vetere classe ex foedere Romanis. harum novarum tum navium
agilitatem ut experiretur, simul ut omnia satis apta ad certamen
essent, provectos in altum cotidie remigem militemque simula-
cris navalis pugnae exercebat, in eo ratus verti spem obsidionis,
3 si praesidia maritima interclusisset. praetor Achaeorum sicut
terrestrium certaminum arte quemvis clarorum imperatorum vel
4 usu vel ingenio aequabat, ita rudis in re navali erat, Arcas, medi-
terraneus homo, externorum etiam omnium, nisi quod in Creta
5 praefectus auxiliorum militaverat, ignarus. navis erat quadrire-
mis vetus, capta annis ante LXXX, cum Crateri uxorem Nicaeam

10—12. *consensu*, 32, 23. — *libera*, aber er hatte nachher Rechenschaft abzulegen. — *et ipse* nach *praeterquam* soll die Subjecte schärfer einander gegenüberstellen: nicht allein Quint. — sondern auch er selbst; gewöhnlich folgt *etiam, quoque*, s. 21, 10, 1; 22, 53, 6; 29, 1, 21; 30, 26, 6. — *placeret*, der Conjunct. bezeichnet die Sache als von Philop. gedachten Grund, s. § 3, obgleich der Rath wirklich gegeben war. — *class. exp.*, s. c. 37, 3. — *ne — non*, 32, 8, 10; 4, 31, 4, zu 4, 18, 2; 2, 3, 5. *deduxit*, 8, 26, 2.

26. 1—2. *tectas* = *καταφράκτους*, s. c. 46, 3; zu 31, 22, 8; ib. 14, 3; 36, 42, 7. — *pristis*, kleine schnellsegelnde Kriegsschiffe, Nonius p. 535: *pristis navigii genus a forma pristium marinarum, quae longi corporis sunt, sed angusti*; sie sind auch 44, 28, 1 mit den *lembi*, s. 24, 40, 2, verbunden, und 32, 32, 9 wird *πρίστις* Pol. 18, 1 mit *navis rostrata* übersetzt. — *ex foed.*, 34, 35, 5. — *novar. tum*, die damals noch — waren, § 8. — *simulacr. n. p.*, vgl. 26, 51, 6. — *spem obs.*, die Hoffnung auf den Erfolg der Belagerung, oder die er bei der Belag. hegte.

3—4. *ingenio*, Feldherrntalent; 9, 17, 10. *vel — vel*, c. 12, 11. — *rudis in* mehrfach bei Cicero, L. braucht sonst *rudis ad*, s. 10, 22, 6, was hier nicht passend gewesen wäre. — *Arcas*, vgl. Paus. l. l. § 5: *ἅτε δὲ ἐς ἅπαν ἀπείρως θαλάσσης ἔχων τριήρους ἔλαθεν ἐπιβὰς ῥεούσης, ὥστε καὶ ἐσῆλθε Ῥωμαίους καὶ τὸ ἄλλο συμμαχικὸν μνήμη τῶν ἐπῶν ων ἐν καταλόγῳ* (Il. 2, 614) *πεποίηκεν Ὅμηρος ἐπὶ τῇ Ἀρκάδων ἀμαθίᾳ τῇ ἐς θάλασσαν;* Plut. l. l. — *extern. omn.*, s. c. 15, 8; 9, 38, 5: *ulteriorum*. — *nisi q.*, 38, 28, 9. — *Creta*, wohin er, sich zurückgesetzt fühlend, Olymp. 143, 3 gegangen war, s. Paus. u. Plut.

5—7. *navis er.*, s. 32, 22, 5; 7, 26, 2. — *annis a. oc.*, s. zu 33, 44, 2; 37, 38, 5; Caes. B. C. 2, 44,

a Naupacto Corinthum veheret. huius fama motus — fuerat enim 6
nobile in classe regia quondam navigium — deduci ab Aegio pu-
trem iam admodum et vetustate dilabentem iussit. hac tum prae- 7
toria nave praecedente classem, cum in ea Patrensis Tiso prae-
fectus classis veheretur, occurrerunt a Gytheo Laconum naves;
et primo statim incursu ad novam et firmam navem vetus, quae 8
per se ipsa omnibus compagibus aquam acciperet, divulsa est,
captique omnes, qui in nave erant. cetera classis praetoria nave 9
amissa, quantum quaeque remis valuit, fugerunt. ipse Philopoe-
men in levi speculatoria nave fugit, nec ante fugae finem, quam
Patras ventum est, fecit. nihil ea res animum militaris viri et 10
multos experti casus imminuit; quin contra, si in re navali, cuius
esset ignarus, offendisset, eo plus in ea, quorum usu calleret, spei
nactus, breve id tyranno gaudium se effecturum adfirmabat.

Nabis cum prospera re elatus, tum spem etiam haud dubiam **27**
nactus nihil iam a mari periculi fore, et terrestres aditus claudere

3; Kühnast 317. *Crat.*, er war ein Halbbruder von Antigonus Gonatas, s. Trog. Pomp. prol. 26: *dehinc cum fratris sui Crateri filio Alexandro bellum habuit* (*Antigonus Gonatas*), etwa 484 a. u. Nicaea (bei L. haben viele Hss. *Nicolam*) ist nach Plut. Arat. 17 Gemahlin von Craterus Sohne Alexander, und Antigonus raubt ihr durch Hinterlist Corinth, nach 501; doch ist deshalb bei L. wol nicht *Crateri filii*, wenigstens nicht ohne *Alexandri* zu lesen, s. Niebuhr kleine hist. Schriften 1, 226; Nissen 172. Das von L. nach Polyb. erwähnte Verhältniss ist sonst nicht bekannt. — *putr. adm.*, als es schon in ziemlich weitem Umfange — war; *eam* ist nicht zugesetzt, weil es vorher *huius* heisst, wo wir *hac fama eius* erwarten; wie § 7 *hac — in ea*; auch die doppelte Wiederaufnahme des Begriffes in *huius* und *hac* ist nicht ohne Härte, so wie die Nothwendigkeit zu *occurrerunt*, wenn es nicht absolut zu nehmen ist, s. c. 28, 3, noch einmal *ei* zu denken. — *praef. cl.*, wol kein stehendes Amt, da die Flotte so vernachlässigt ist, sondern nur der von Philopoemen gewählte Admiral.

8—10. *incursu ad*, gewöhnlich steht *incursu* mit *ipso* absolut, sonst *incursare in*. — *omn. comp.*, Plut. *μὴ στεγούσης*. — *fugerunt*, der Plural nach *classis* ist hier durch *quaeque*, wobei in Bezug auf *nave* leicht *navis* gedacht wird, vorbereitet, s. 24, 36, 4: *classis, triginta quinqueremes, exposuere*; 2, 14, 8. — *valuit* n. *ad fugam*. — *speculator.*, c. 38, 14; 36, 42, 8. — *Patras*, 36, 21, 5. — *vent. est*, 23, 30, 4; 33, 7, 12 u. a., *ventum sit* ist hier, da keine Absicht gedacht wird, nicht zulässig, s. c. 25, 4. — *milit. v.*, 24, 23, 10. — *offend.*, 28, 43, 17. — *in ea*, für das u. s. w., *ea* scheint Accus. su sein, s. 24, 2, 4: *in libertatem pugnare*; 7, 25, 9: *in quae laboravimus*; 37, 32, 8; schwerlich ist es als Abl. zu nehmen, s. zu 34, 58, 5. — *calleret*, als Gedanken Philopoemens, wie c. 25, 11, ist absolut gebraucht, *quorum* von *usu* abhängig, s. Val. Max. 8, 12, 1: *quotidiano usu eius* (*negotii*) *callebant*.

27. 1—4. *aditus* n. *ad Gytheum*.

2 opportune positis praesidiis voluit. tertia parte copiarum ab ob-
3 sidione Gythei abducta ad Pleias posuit castra: imminet is locus
et Leucis et Acriis, qua videbantur hostes exercitum admoturi.
cum ibi stativa essent, pauci tabernacula haberent, multitudo alia
casas ex harundinibus textas fronde, quae umbram modo prae-
4 beret, texissent, priusquam in conspectum hostis veniret, Philo-
poemen necopinantem eum improviso genere belli adgredi statuit.
5 navigia parva in stationem occultam agri Argivi contraxit; in ea
expeditos milites, caetratos plerosque cum fundis et iaculis et
6 alio levi genere armaturae imposuit. inde littora legens cum ad
propinquum castris hostium promunturium venisset, egressus
callibus notis nocte Pleias pervenit et sopitis vigilibus ut in nullo
propinquo metu ignem casis ab omni parte castrorum iniecit.
7 multi prius incendio absumpti sunt, quam hostium adventum sen-
8 tirent et, qui senserant, nullam opem ferre potuerunt. ferro flam-
maque omnia absumpta; perpauci ex tam ancipiti peste ad Gy-

— *Pleias*, wird nur noch auf einer Inschrift erwähnt, Corp. Insc. I. 1444: *Ἀρτέμιδος Πατριώτιδος ἐν Πλείαις*, Curtius Pelopon. 2, 328, es scheint östlich von Gytheum, zwischen diesem und Acriae, (bei Helos, Bursian 2, 143), nach § 6 nicht weit vom Meere gelegen zu haben. — *Leuc. et Acr.*, vgl. Polyb. 5, 19: *ἀφικνεῖτο δὲ — καὶ πρὸς Ἀκρίας καὶ Λεύκας ἔτι δὲ καὶ τὴν τῶν Βοιῶν χώραν;* die genannten Orte lagen an der Ostseite des lakonischen Meerbusens, nicht weit von Gytheum. — *qua vid.* etc., woher dieses Nabis vermuthet hat, da Philop. nach einer ganz anderen Gegend entflohen ist, geht aus der Darstellung nicht hervor, wenn nicht die Landung in Argolis § 5 vorausgegangen ist. Nach Pausan. erfolgt der Ueberfall *ἡμέραις ὕστερον τῆς ναυμαχίας οὐ πολλαῖς.* — *pauci* ohne *et*, s. 37, 38, 4, s. zu 22, 39, 3: 43, 22, 9; 40, 9, 7. — *ex harund.*, Plin. 16, 36, 156: *tegulo earum* (*harundinum*) *domus suas septentrionales populi operiunt;* Caes. B. C. 3, 58, 3; die Mz. Hs. hat *arundine*, wie 30, 3, 9; viell. schrieb L. *harundine* — *frondibus*, da die meisten Hss. *praeberent* haben. — *umbram*, 33, 48, 5. — *textas* — *texiss.* ist viell. absichtlich nebeneinander gestellt. — *conspect.*, wie gewöhnlich vor dem Genit.: gesehen würden von u. s. w., 22, 15, 6; 21, 47, 8 u. a. — *belli*, s 37, 30, 6.

5—8. *Argivi*, von Patras aus, s. c. 26, 9, wol zu Lande. — *cum fundis*, c. 34, 7; 38, 6, 2: so dass sie bei sich führten, sonst haben die caetrati, 37, 39, 9, diese Waffen nicht, s. Cornel. Iph. 1, 4; die Beziehung von *alio* ist nicht klar, da in *fundis et iaculis* die gewöhnlichen Arten der leichten Waffen bezeichnet sind; *levi* ist auf *genere* statt auf *armaturae* bezogen, wie vorher *improviso*. — *inde* von da aus. — *litora leg.*, 36, 21, 5; 21, 51, 7. — *egressus* n. *e navigiis* od. *in litus*. — *ut in n.*, 37, 5, 1; 25, 19, 15, vgl. ib. 20, 5. — *ferro fl.*, c. 11, 11. — *ad* — *in*, vgl. 28, 26, 12: *in forum* — *ad tribunal;* 31, 42, 6: *ad* — *ad*. — *tam* deutet die Grösse der Gefahr, *anceps* zugleich das an, dass sie von zwei Seiten komme, 2, 45, 2; ib. 46,

theum in maiora castra perfugerunt. ita perculsis hostibus Phi- 9
lopoemen protinus ad depopulandam Tripolim Laconici agri, qui
proximus finem Megalopolitarum est, duxit et magna vi pecorum 10
hominumque inde abrepta, priusquam a Gytheo tyrannus prae-
sidium agris mitteret, discessit. inde Tegeam exercitu contracto 11
concilioque eodem et Achaeis et sociis indicto, in quo et Epirota-
rum et Acarnanum fuere principes, statuit, quoniam satis et 12
suorum a pudore maritimae ignominiae restituti animi et ho-
stium conterriti essent, ad Lacedaemonem ducere, eo modo uno
ratus ab obsidione Gythei hostem abduci posse. ad Caryas pri- 13
mum in hostium terra posuit castra. eo ipso die Gytheum ex-
pugnatum est. cuius rei ignarus Philopoemen castra ad Barno-
sthenem — mons est decem milia passuum ab Lacedaemone —
promovit. et Nabis, recepto Gytheo cum expedito exercitu inde 14
profectus, cum praeter Lacedaemonem raptim duxisset, Pyrrhi
quae vocant castra occupavit, quem peti locum ab Achaeis non
dubitabat. inde hostibus occurrit. obtinebant autem longo agmine 15
propter angustias viae prope quinque milia passuum; cogebatur
agmen ab equitibus et maxima parte auxiliorum, quod existima-

1; anders 27, 17, 11. — *pestis* die Feuersbrunst, Verg. Aen. 5, 683.

9—12. *Tripolim*, die Gegend an der Nordwestgrenze Laconiens, mit den Städten Belmina, Carystus u. Pellene; Polyb. 4, 81: εἰς τὴν ἐν τῇ Τριπόλει προσαγορευομένην Πελλήνην, Strabo 8, 7, 5 p. 386; Bursian 2, 113. — *Lacon. ag.*, um sie von der Tripolis im nördlichen Thessalien zu unterscheiden, 36, 10, 5; über den Genit. 33, 6, 10; 27, 30, 7. — *proxim. fin.*, c. 10, 5; 21, 1, 2. — *finem*, 34, 56, 2. — *exercitu* das Aufgebot des ganzen Bundes. — *concilioq.*, eine ausserordentliche Versammlung, da sie so bald auf die c. 25, 4 erwähnte folgt, in welcher Philopoemen seinen Kriegsplan vorgelegt zu haben scheint. — *sociis*, ausserhalb des Peloponnes; wahrscheinlich die im Folg. genannten, die schon früher mit den Achäern in Verbindung gestanden hatten, s. 29, 12, 14. — *princip.*, als Abgeordnete; c. 25, 6; 33, 1. — *satis* — *pudore* hat viell. die Mz. Hs., wahrscheinlich ist eine unverständliche Lesart, von der die übrigen Hss. Spuren erhalten haben: *quō satis essent testes suorum et a pudore*, in derselben verbessert.

13—16. *Caryas*, 34, 26, 9. — *Barnosthen.*, vielleicht die östliche Fortsetzung des Olympus, Bursian 2, 117, durch den Oenus von Caryae getrennt, der Name scheint ausser u. St. u. c. 30, 9, wo die Hss. *Barnosthenes* haben, a. u. St. *Barbosthenes*, nicht vorzukommen, s. Curtius der Peloponnes 2, 262; 321. — *Pyrrhi*, nördlich von Lacedämon, Polyb. 5, 19: εἰς τὸν Πύρρου καλούμενον κατέβη χάρακα (Φίλιππος); vgl. 32, 13, 1; Curtius 322; Burs. 2, 148. — *peti*, sie seien schon auf dem Marsche dahin, s. 2, 3, 1; K. 252. — *inde*, von da aus nördlich ziehend, vielleicht in der 34, 28, 2 bezeichneten Gegend. — *longo agm.*, 3, 28, 2. — *existim.*, wahrscheinlich soll nur gesagt werden, dass Philop.

bat Philopoemen tyrannum mercennariis militibus, quibus pluri-
16 mum fideret, ab tergo suos adgressurum. duae res simul inopinatae
perculerunt eum, una praeoccupatus quem petebat locus,
altera, quod primo agmini occurrisse hostem cernebat, ubi, cum
per loca confragosa iter esset, sine levis armaturae praesidio signa
28 ferri non videbat posse. Erat autem Philopoemen praecipuae in
ducendo agmine locisque capiendis solertiae atque usus, nec belli
tantum temporibus, sed etiam in pace se ad id maxime exercu-
2 erat. ubi iter quopiam faceret et ad difficilem transitu saltum
venisset, contemplatus ab omni parte loci naturam, cum solus
iret, secum ipse agitabat animo, cum comites haberet, ab his quae-
3 rebat, si hostis eo loco apparuisset, quid, si a fronte, quid, si ab
latere hoc aut illo, quid, si ab tergo adoriretur, capiendum con-
silii foret; posse instructos derecta acie, posse inconditum agmen
4 et tantummodo aptum viae occurrere. quem locum ipse captu-
rus esset, cogitando aut quaerendo exequebatur, aut quot arma-

sich auch auf diesen Fall habe decken wollen, nicht, dass er den Angriff bestimmt erwartet habe, da er nach § 13, vgl. § 16 *inopinatae*, Nabis noch vor Gytheum beschäftigt glaubt. — *mercenn. mil.*, er musste wegen des in *quibus* — *fid.* angegebenen Grundes, auch wol wegen des der Phalanx nicht günstigen Terrains, von diesen zunächst, und, wenn auch Nabis von Gytheum her ihm entgegen käme, vom Rücken her einen Angriff erwarten. — *quib. pl. f.*, wie 34, 28, 8. *praeoccup. loc.*, der Umstand dass u. s. w. ist hier ganz dem Satze mit *quod* gleich gestellt, s. c. 11, 12. — *confrag.*, wo die Schwerbewaffneten nicht in geschlossenen Gliedern marschiren konnten, s. 38, 40, 6.

28. 1—6. *locis cap.*, c. 14, 9. — *nec*, erklärend. — *ubi* — *faceret*, wie *cum* — *iret* — *haberet sqq.*, iterativ, s. 32, 17, 13; 44, 33, 6; 26, 38, 5, zu 21, 42, 4; *ubi facer.* ist dem folg. Satze beigeordnet, statt *iter faciens* — *venisset* — *secum ipse agitabat* — *cum solus iret* etc., vgl. Plut. c. 4, 5: *ἐπὶ τῶν τόπων αὐτῶν ἐλάμβανεν ἔλεγχον* — *χωρίων συγκλινίας.* — *ἐπισκοπῶν αὐτὸς πρὸς αὑτὸν ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις καὶ τοῖς μεθ' ἑαυτοῦ προβάλλων.* — *posse* — *ocurrere* stehen grammatisch mit dem Vorhergeh. und Folg. nicht in Verbindung, sind aber wol an Jenes anzuschliessen, da darin noch von den Feinden die Rede ist, während, wie *ipse* und die Wiederholung der § 2 vorgeh. Begriffe in *cogitando* — *exequebatur* zeigt, eine neue Reihe beginnt.—*quem* etc., dubitative Fragen. — *instructos*, zum Kampfe gerüstet und in Reih und Glied gestellt, s. 10, 36, 1: *suis quisque ordinibus instruunt aciem.* — *derecta ac.*, in schon gebildeter Schlachtlinie, dem *incond. agmen* gegenüber, 34, 28, 6: *acie derecta paulisper steterunt;* 40, 30, 6; vgl. 37, 23, 7; Andere lesen *recta ac.*, in gerader Front gegenüber stehend, 34, 28, 11: *velut rectae acies concurrissent*, entgegen dem Angriff vom Rücken, vgl. c. 4, 7: *recto proelio.* — *aptum viae* (*viae* durch die Stellung gehoben), s. 3, 27, 6. — *exequeb.*, c. 14, 10, hier ungewöhnlich auch

tis, aut quo genere armorum — plurimum enim interesse — usurus; quo impedimenta, quo sarcinas, quo turbam inermem reiceret; quanto ea aut quali praesidio custodiret, et utrum pergere, 5
qua coepisset ire, via, an eam, qua venisset, repetere melius esset; castris quoque quem locum caperet, quantum munimento am- 6
plecteretur loci, qua opportuna aquatio, qua pabuli lignorumque copia esset; qua postero die castra moventi tutum maxime iter, quae forma agminis esset. his curis cogitationibusque ita ab in- 7
eunte aetate animum agitaverat, ut nulla ei nova in tali re cogitatio esset. et tum omnium primum agmen constituit; dein Cre- 8
tensis auxiliares et quos Tarentinos vocabant equites, binos secum trahentis equos, ad prima signa misit, et iussit equitibus subsequi super torrentem, unde aquari possent, rupem occupavit; eo impedimenta omnia et calonum turbam collectam arma- 9
tis circumdedit et pro natura loci castra communivit; tabernacula statuere in aspretis et inaequabili solo difficile erat. hostes 10
quingentos passus aberant. ex eodem rivo utrique cum praesidio levis armaturae aquati sunt; et priusquam, qualia propinquis ca-

auf *cogitando* bezogen. — *aut* — *aut*, 1, 1, 7. — *inpedim. sarc.*, s. 31, 27, 7; vgl. 38, 40, 10. — *reicer.*, entfernen würde, s. 8, 34, 5; 2, 55, 9; 38, 37, 3, dagegen *capturus* — *esset* — *usurus* (*esset* wird leicht auch zu *usurus* gezogen), in der Lage, Verfassung sein würde zu u. s. w., wieder anders § 3: *capiend. foret*, 5, 30, 1; *reicere* konnte wie vom Gepäck, auch von kampfuntüchtigen Soldaten gebraucht werden, s. Caes. B. G. 3, 24; § 9; 36, 12, 4: *coniecti*. — *aut quali*, wie § 4: *aut*; anders *utrum* — *an*. — *qua* — *qua*, 9, 2, 10. — *eam rep.*, 9, 2, 8. — *agmin. esset* und *copia esset*, § 5: *reiceret*, wie § 2: *ubi* etc.

et ducentos equites, onerarias leves ad triginta habebat. eas cum
sexcentis peditibus Herodorus traicere in insulam Atalanten ius-
8 sus, ut inde, cum pedestris copias appropinquare iam Aulidi at-
9 que Euripo sensisset, Chalcidem traiceret; ipse ceteras copias
nocturnis maxime itineribus, quanta poterat celeritate, Chalcidem
38 ducebat. Micythio et Xenoclides, penes quos tum summa rerum
pulso Euthymida Chalcide erat, seu ipsi per se suspicati seu in-
dicata re, primo pavidi nihil usquam spei nisi in fuga ponebant;
2 deinde postquam resedit terror et prodi et deseri non patriam
modo sed etiam Romanorum societatem cernebant, consilio tali
3 animum adiecerunt. sacrum anniversarium eo forte tempore
Eretriae Amarynthidis Dianae erat, quod non popularium modo
4 sed Carystiorum etiam coetu celebratur. eo miserunt, qui ora-
rent Eretrienses Carystiosque, ut et suarum fortunarum in eadem
insula geniti misererentur et Romanam societatem respicerent;

Cic. Off. 1, 42. — *Euth. fact.* c. 31, 6.

6—9. *domicilio*, c. 4, 4; 24, 20, 15. — *Salganea*, Accus. von Σαλγανεύς, s. c. 46, 4; 51, 7; 36, 11, 6; 37, 45, 17; 38, 39, 16 u. o., der Ort lag nördlich Chalcis gegenüber, da wo sich der Meerbusen verengt und das Meer in den Euripus strömt, in Boeotien. — *Thron.*, 32, 36. — *in Mal. sin.*, in Bezug auf die Truppen: das Land, s. 36, 14, 12; ib. 21, 5, vgl. 27, 30, 3; 28, 5, 15, auf die Schiffe: das von diesem umgebene Meer. — *leves*, viell. wie die *phaseli*, gewöhnlich sind dieses die Lastschiffe nicht. — *cum sexc.*, bemannt mit. — *Atal.*, im Meerbusen von Opus. — *pedestr.*, da vorher auch Reiter erwähnt sind: die Landtruppen, es können nur die nachher mit *ceteras* bezeichneten sein. — *ipse* u. Thoas, da auch zu *iussus* zu denken ist *ab eo*, so dass dieses wie *iussit* aufgefasst werden kann, c. 41, 10.

38. 1—2. *summa rer.*, ob sie nur als principes, c. 37, 4, oder als Magistrate an der Spitze der Staatsverwaltung stehen, ist nicht klar. — *ipsi p. se*, c. 34, 1; 2, 53, 4. — *nihil*, wir würden die Negation zu *usquam* = *in nulla alia re* ziehen. — *Rom. soc.*, § 6, da sie der aristokratischen Partei angehören, c. 34, 3. — *tali*, wie sonst *huic*, in Bezug auf das Folg., 36, 23, 7; *talis* findet sich so mehr von Dichtern und Späteren gebraucht. — *anim. adi.*, 25, 37, 17; 40, 4, 7, vorher bei den Komikern in Gebrauch.

3—5. *Eretriae*, eigentlich zu Amarynthus in der Nähe von Eretria, der Ort war der Artemis als der leuchtenden (Ἀμαρυσία, ἀμαρύσσω) geweiht, und früher hatten grosse Aufzüge bei diesem Bundesheiligthum mehrerer euböischer Staaten (daher *sed Car. etiam*, welches weit von Eretria an der Südseite der Insel lag) statt gefunden, s. Strabo 10, 1, 10, 448; Schoemann 2, 425; Preller Gr. Myth. 1, 235. — *celebr.*, nach Polyb., oder noch zu Ls' Zeit; auch Strabo l. l. sah noch die Säule in dem

ne sinerent Aetolorum Chalcidem fieri; Euboeam habituros, si
Chalcidem habuissent; graves fuisse Macedonas dominos; multo 5
minus tolerabilis futuros Aetolos. Romanorum maxime respe- 6
ctus civitates movit, et virtutem nuper in bello et in victoria iu-
stitiam benignitatemque expertas. itaque quod roboris in iuven-
tute erat utraque civitas armavit misitque. iis tuenda moenia 7
Chalcidis oppidani cum tradidissent, ipsi omnibus copiis trans-
gressi Euripum ad Salganea posuerunt castra. inde caduceator 8
primum, deinde legati ad Aetolos missi percunctatum, quo suo
dicto factove socii atque amici ad se oppugnandos venirent. re- 9
spondit Thoas, dux Aetolorum, non ad oppugnandos, sed ad libe-
randos ab Romanis venire sese; splendidiore nunc eos catena, sed 10
multo graviore vinctos esse, quam cum praesidium Macedonum
in arce habuissent. se vero negare Chalcidenses aut servire ulli
aut praesidio cuiusquam egere. ita digressi ex colloquio legati 11
ad suos; Thoas et Aetoli, ut qui spem omnem in eo, ut impro-
viso opprimerent, habuissent, ad iustum bellum oppugnationem- 12
que urbis mari ac terra munitae haudquaquam pares, domum
rediere. Euthymidas postquam castra popularium ad Salganea 13
esse profectosque Aetolos audivit, et ipse a Thebis Athenas re-
diit; et Herodorus cum per aliquot dies intentus ab Atalante si- 14
gnum nequiquam expectasset, missa speculatoria nave, ut, quid
morae esset, sciret, postquam rem omissam ab sociis vidit,
Thronium, unde venerat, repetit.

Tempel, welche den früheren Glanz des Festes bezeugte. — *eo*, wie c. 33, 4. — *ne siner.*, das Asyndeton hebt den Gedanken. — *Aetol. f.*, c. 34, 12. — *habuiss.*, in Besitz genommen hätten und besässen, anders § 11. — *graves*, s. 33, 11, 9.

6—8. *virtut.*, 34, 22, 5. — *armaver.*, die Städte, als freie Bundesgenossen; s. c. 46, 10, haben noch das Waffenrecht. — *omnib. cop.*, c. 3, 1. — *ad Salg.*, ehe die Aetoler dahin kommen. — *caduc.* — *legati* wie 33, 11, 3, vgl. 26, 17, 5. — *quo s. dicto f.*, Ablat. des Grundes, 38, 49, 4, zu 31, 21, 11: was sie — hätten, weshalb u. s. w., vgl. 36, 9, 1: *quod ob factum dictumve.* — *se oppugn.*, 36, 7, 7.

10—14. *catena* etc., c. 31, 12. — *ulli* — *cuiusq.*, c. 36, 4; 34, 35, 9. — *digressi ex c.*, sonst sagt L. *a*, 39, 35, 1: *a Philippi colloquio digressi.* — *et Aetol.*, c. 37, 4: *legatique.* — *in eo* — *ut*, 30, 19, 3; 8, 14, 2; 33, 41, 9, vgl. *cum eo, ut;* 30, 10, 21; 36, 5, 3; *ab eo*, 25, 6, 11 u. ä. — *opprimer.*, das Object ist aus dem folg. *urbis* zu entnehmen. — *iust. b.* wie c. 4, 7: *iusto proelio*, anders c. 33, 3. — *mari*, s. 31, 23. — *Euthym.* — *et ipse*, 36, 18, 2 u. a., *et ipse* geht nur auf den Begriff der Entfernung. — *specul. p.*, c. 26, 9. — *quid m.*, was der Grund des Verzuges sei. — *sciret*, c. 19, 4; 27, 35, 4. — *unde ven.*, 24, 20, 3 u. oft.

39 Quinctius quoque his auditis, ab Corintho veniens navibus,
2 in Chalcidico Euripo Eumeni regi occurrit. placuit quingentos
milites praesidii causa relinqui Chalcide ab Eumene rege, ipsum
3 Athenas ire. Quinctius, quo profectus erat, Demetriadem con-
tendit, ratus Chalcidem liberatam momenti aliquid apud Magne-
4 tas ad repetendam societatem Romanam facturam, et, ut prae-
sidii aliquid esset suae partis hominibus, Eunomo praetori Thes-
salorum scripsit, ut armaret iuventutem, et Villium ad Demetria-
dem praemisit ad temptandos animos, non aliter, nisi pars aliqua
inclinaret ad respectum pristinae societatis, rem adgressurus.
5 Villius quinqueremi nave ad ostium portus est invectus. eo mul-
titudo omnis Magnetum cum se effudisset, quaesivit Villius, utrum
6 ad amicos an ad hostis venisse se mallent. respondit Magne-
tarches Eurylochus ad amicos venisse eum; sed abstineret portu
et sineret Magnetas in concordia et libertate esse nec per collo-
7 quii speciem multitudinem sollicitaret. altercatio inde non sermo
fuit, cum Romanus ut ingratos increparet Magnetas imminentis-
que praediceret clades, multitudo obstreperet nunc senatum nunc
Quinctium accusando. ita irrito incepto Villius ad Quinctium

39. Versuch der Römer Demetrias zu gewinnen.

1—3. *quoque*, s. c. 35, 9, scheint in Beziehung auf die c. 38, 6 Erwähnten hinzugefügt; doch ist die Verbindung locker und unklar. — *ab Cor.*, s. c. 34, 1. — *veniens nav.*, wir: zu Schiff kommen, vgl. § 5; 8; c. 46, 4; 36, 6, 6; 22, 19, 3 u. a., verschieden ist c. 43, 3. — *Chalcidico Eur.*, wie Cic. N. D. 3, 10, 24: *Chalcidico Euripo;* Lydus de mens. p. 28: *τὸν Χαλκιδικὸν Εὔριπον;* die gewöhnliche Lesart *Chalcidis Eur.* ist unsicher, da die meisten Hss. *Chalcide* haben, die der Mz. nicht genau bekannt ist; die Constr. aber sich nicht mit dem bekannten *Demetrium Phthiotidis* u. ä., s. c. 27, 9, vergleichen lässt; es ist die schmalste Stelle des Euripus, bei Chalcis, im engeren Sinne Euripus genannt. — *Eumeni*, seine Ankunft ist nicht berichtet, s. c. 23. — *ipsum* n. *Eumenem.* — *Athenas*, vgl. 31, 45. — *Demetr. liber.*, wie dieses zu verstehen sei, geht aus dem Erzählten hervor.

4—6. *suae p. h.*, vgl. 24, 27, 8. — *praetori*, 33, 34, 7; zu 34, 51, 6. — *armaret*, vgl. c. 38, 6. — *non al. nisi*, s. 32, 38, 4; 45, 11, 11 u. a., selten bei Cicero. — *inclin. ad resp.*, c. 38, 6, zu 26, 1, 4. — *quinq. nav.*, wie 41, 9, 2, gewöhnlich ohne *navis*. — *ad port. e. inv.*, da er nach § 6 nicht in den Hafen kommt: er segelte heran in die Gegend der Hafenmündung, oder bis an dieselbe, vgl. 37, 15, 9: *evehi ad portum*; dagegen c. 43, 5: *in portum invectus;* 10, 2, 6: *eo invectam classem*; 8, 9, 12: *quacumque invectus est.* — *mult. o. Magn.*, der Name des Volkes ist auf die Bewohner von Demetrias übergetragen, c. 31, 7. *Magnetarch.*, c. 31, 11. — *abst. p.*, dagegen 21, 49, 11: *portu se abstinuerunt*, vgl. 34, 35, 10. — *libertate*, s. c. 31, 12.

7—8. *alterc.*, c. 17, 2. — *cum — increp.*, c. 36, 7; zu 28, 23, 2 u. oft. — *ut ingr.*, wie man undankbare

sese recepit. at Quinctius nuntio ad praetorem misso, ut redu- 8
ceret domum copias, ipse navibus Corinthum rediit.

Abstulere me velut de spatio Graeciae res immixtae Roma- **40**
nis, non quia ipsas operae pretium esset perscribere, sed quia
causae cum Antiocho fuerunt belli. consulibus designatis — 2
inde namque deverteram — L. Quinctius et Cn. Domitius con-
sules in provincias profecti sunt, Quinctius in Ligures, Domitius
adversus Boios. Boi quieverunt, atque etiam senatus eorum cum 3
liberis et praefecti cum equitatu — summa omnium mille et quin-
genti — consuli dediderunt se. ab altero consule ager Ligurum 4
late est vastatus castellaque aliquot capta, unde non praeda modo
omnis generis cum captivis parta, sed recepti quoque aliquot ci-
ves sociique, qui in hostium potestate fuerant. — Eodem hoc 5
anno Vibonem colonia deducta est ex senatus consulto plebique
scito. tria milia et septingenti pedites ierunt, trecenti equites;
triumviri deduxerunt eos Q. Naevius M. Minucius M. Furius 6

schilt; Crevier will *ut* entfernen. — *praetor.*, s. § 4.

40—41. Verhältnisse in Rom; Wahlen.

1—4. *Abstul.*, derselbe Gedanke wie 33, 20, 13; 39, 48, 6; 41, 25, 8; das Folg. ist den Annalisten entlehnt. — *de spatio*, wie 5, 49, 1: *auferri de medio*, sonst hat L. bei *auferre* meist *a* odər *e*; *spatio*, von der Rennbahn, der Raum, in dem ich mich bewege, die Bahn, die ich verfolge. — *consul. des.*, c. 24. *deverter.*, s. c. 15, 2. Die desig. Cons. sind die Consuln für 191; diese sind aber a. a. O. von Quinctius gewählt, nachdem er bereits in der Provinz gewesen ist; c. 22, 3 ziehen Quint. u. Domitius gegen die Boier, a. u. St. Quinctius gegen die Ligurer, und führt das aus, was c. 21, 7 dem Minucius beigelegt ist; c. 22 erfolgt es vor der Wahl der neuen Consuln, s. c. 24, hier nach derselben. L. hat also, ohne das früher Erzählte zu vergleichen, a. u. St. eine andere Quelle benutzt, welche in Bezug auf dle Thatsachen mit der an u. St. gebrauchten übereinstimmte, ebenso in der Darstellung, in der Anordnung und Vertheilung derselben abwich. — *senat.*, c. 22, 4. — *cum lib.*, auffallend ist, dass *et coniugibus* fehlt. — *equitatu*, c. 22, 4: *pauci*, aber viele andere angesehene Männer. — *castella*, s. c. 3, 6; 21, 10.

5—6. *Vibon.*, sie wurde *Valentia* genannt, wie die c. 9 gegründete *Copia;* sie war eine col. latina, denn sie hatte das Münzrecht, s. Mommsen d. Münzwes. d. Römer 234 ff., 417, CIL. I. pag. 97, und Cic. Verr. 5, 16, 40 nennt sie *municipium;* nach Vellei. Pat. 1, 14 wäre die Colonie schon im Jahre 515 gegründet worden, Mommsen Gesch. des röm. Münzwes. 317 vermuthet deshalb, dass sie jetzt nur erneuert worden sei. Dass übrigens die hier erwähnte die 34, 53, 2 beschlossene Colonie im Bruttierlande sei, folgt daraus, dass eine andere in diesem Jahre, in dem auch das den für dieselbe ernannten Triumvirn verliehene imperium zu Ende geht, nicht erwähnt wird. —

Crassipes; quina dena iugera agri data in singulos pedites sunt, duplex equiti. Bruttiorum proxime fuerat ager; Bruttii ceperant
7 de Graecis. — Romae per idem tempus duo maximi fuerunt terrores, diutinus alter sed segnior: terra dies duodequadraginta movit, per totidem dies feriae in sollicitudine ac metu fuere; in
8 triduum eius rei causa supplicatio habita est; ille non pavor vanus, sed vera multorum clades fuit: incendio a foro Bovario orto diem noctemque aedificia in Tiberim versa arsere, tabernaeque omnes cum magni pretii mercibus conflagraverunt.

41 Iam fere in exitu annus erat, et in dies magis fama de An-
2 tiochi bello et cura patribus crescebat; itaque de provinciis designatorum magistratuum, quo intentiores essent omnes, agitari
3 coeptum est. decrevere, ut consulibus Italia et quo senatus censuisset — iam esse bellum adversus Antiochum regem omnes

Crassipes, 38, 42, 4; 34, 53, 2. — *quina d.*, vgl. c. 9, 7 f. — *in sing.*, findet sich auch sonst neben den Distributivzahlen, s. Caes. B. C. 1, 17, 4. — *Bruttior.* etc., vgl. 34, 45, 4.

7—8. *duo — terr.*, 29, 27, 14: *ceteros — terrores;* 9, 21, 3: *duplex terror.* — *diutin.*, neben dem Comparativ, s. 1, 43, 2: *seniores — iuvenes*; Curt. 8, 4, 27; 31; die hds. Lesart *diutius* lässt sich schwerlich mit Stellen wie 2, 30, 11; 7, 33, 2; 34, 61, 15 u. ä. vergleichen; *diutior* findet sich sonst nicht. — *segnior*, weniger energisch wirkend, lähmend. — *movit*, absolut, s. 40, 59, 7; sonst vom Aufbruch des Heeres, der Flotte, s. 37, 28, 4. — *in trid.*, darnach sollte man nicht *habita* sondern *indicta* erwarten, s. 3, 5, 14; 40, 19, 5; zu *habita* nur *triduum,* s. 41, 21, 11 u. a. — *feriae* etc., wie 34, 55. — *in sollic.*, unter Angst u. s. w. — *ille*, jener (andere) in Bezug auf *alter*, s. Flor. 2, 17 (4, 7), 10: *alterum — illum;* Cic. Sex. Rosc. 6, 17; Cat. m. 7, 24: *alter — hic*; bei Sall. u. a. *ille alter*, s. Iug. 16, 5; 13, 1; anders 26, 11, 5: *magna illa.* — *non p. v.*, wie es das Erdbeben gewesen war. — *vera*, s. 7, 20, 1: *verus terror*, 29, 14, 7; Tac. Agr. 39 in. — *foro Bov.*, vom circus m. bis an die Tiber; dort waren der *arcus argentariorum* und wol noch andere Tabernen, s. Becker 1, 474; 483. — *in — versa*, die in der Richtung nach — zu lagen, s. 1, 41, 4; zur Sache 24, 47; 25, 7.

41. 1—5. *in dies magis — crescebat* ist nicht sicher, da viele Hss. *dies magna* haben, *in dies* in d. Mz. fehlt; der pleonastische Ausdruck selbst findet sich 40, 5, 1: *cum in dies magis cerneret favorem — crescere,* vgl. 5, 29, 10; 38, 42, 8. Die Verhältnisse wie c. 22, 2. — *itaque* wie c. 8, 1. — *intentiores*, es ist auffallend, dass, nachdem die Consuln so lange vorher gewählt sind, damit sie Vorbereitungen treffen können, s. c. 24, ihnen dieses erst am Ende des Jahres ermöglicht wird. — *Ital. et quo*, c. 20, 7. — *iam esse* etc., man wusste zwar bereits, wollte es aber nicht aussprechen; Madvig verm. *eam*, was wenigstens nicht nothwendig scheint, da *iam* mit *sciebant* verbunden und *quo sen. cens.* zu *esse* gedacht werden kann, das Pronom. auch sonst oft in Parenthesen fehlt, s. 27, 33, 7, zu 25, 26, 12, vgl. 10, 21, 13,

sciebant — provinciae essent. cuius ea sors esset, quattuor milia 4
peditum civium Romanorum et trecenti equites, sex milia socium
Latini nominis cum quadringentis equitibus sunt decreta. eorum 5
dilectum habere L. Quinctius consul iussus, ne quid moraretur,
quo minus consul novus, quo senatus censuisset, extemplo pro-
ficisci posset. item de provinciis praetorum decretum est, prima 6
ut sors duae, urbanaque et inter civis ac peregrinos iurisdictio
esset, secunda Bruttii, tertia classis, ut navigaret quo senatus
censuisset, quarta Sicilia, quinta Sardinia, sexta Hispania ulte-
rior. imperatum praeterea L. Quinctio consuli est, ut duas legio- 7
nes civium Romanorum novas conscriberet et socium ac Latini
nominis viginti milia peditum et octingentos equites. eum exer-
citum praetori, cui Bruttii provincia evenisset, decreverunt.
Aedes duae Iovis eo anno in Capitolio dedicatae sunt; vo- 8
verat L. Furius Purpureo praetor Gallico bello unam, alteram
consul; dedicavit Q. Marcius Ralla duumvir. — Iudicia in faene- 9
ratores eo anno multa severe sunt facta accusantibus privatos

und die Beziehung eines Pronom. auf *si quo* etc. als ob *provincia* oder *sors* selbst vorhergienge an den c. 20, 7 angeführten u. a. Stellen sich nicht findet. — *quatt.*, davor ist *ei* zu denken, s. 32, 33, 13; 10, 36, 7. Die Zahl der Truppen ist so gering, weil sie nur zur Ergänzung des Heeres verwendet werden sollen, s. 36, 1, 7. — *Quinct.*, dieser wäre also in Rom geblieben, was mehr zu c. 24, 2 als zu c. 40, 2 stimmt.

6—7. *praetor.* n. *designatorum.* — *ut*, 25, 35, 9 u. a. — *duae*, dazu ist *provinciae* aus *provinciis* zu denken: sie sollten zusammen e i n Los bilden, auf eine Marke, wie sie bei der Verlosung gezogen wurden, geschrieben werden; der Ausdruck ist ungewöhnlich, vgl. 25, 3, 2: *Sulla urbanam et peregrinam, quae duorum ante sors fuerat* (*sortitus est*); 22, 35, 5. Die Vereinigung der beiden Iurisdictionen erfolgt hier schon vor der Verlosung, vgl. 36, 2, 6; 37, 50, 8, sonst nach derselben, s. zu 27, 36, 11; 28, 38, 13; vgl. 31, 6, 2; Mommsen Staatsr. 174, 3. — *classis* wie c. 20, 10; 12; 36, 2, 6. — *ulter.*, c. 20, 9, sonst werden beide Hisp. zusammen verlost.

8. *aed. duae I.* etc., sie werden nicht näher bezeichnet, und scheinen sonst nicht weiter erwähnt zu werden, vgl. Becker 1, 404; viell. ist die Notiz nur eine Wiederholung von 34, 53, oder es liegt ein Missverständniss vor, denn 31, 21, 12 gelobt Furius einen Tempel des Diiovis und locirt denselben auf der Tiberinsel als Consul, s. 34, 53; dass er als Consul einen Tempel gelobt habe, ist nicht berichtet, und es ist wenig wahrscheinlich, dass er drei Tempel gelobt habe oder dass an u. St. der früher erwähnte mit zu verstehen sei. — *Iovis*, s. 2, 21, 7; 5, 19, 6 u. a., vgl. ib. 31, 3. — *Marcius*, 34, 53, 5. *duumvir*, also nicht jeder der Duumvirn einen Tempel, s. 23, 30, 13, vgl. zu c. 9, 6.

9—10. *multa severe*, wahrscheinlich in Folge des Gesetzes c. 7, 5 und nach demselben, vgl. 10, 23, 11. — *accus.*, die Aedilen legten den Wucherern eine Mult auf, und

10 aedilibus curulibus M. Tuccio et P. Iunio Bruto. de multa da-
mnatorum quadrigae inauratae in Capitolio positae, et in cella Io-
vis supra fastigium aediculae duodecim clupea inaurata, et iidem
porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt.

42 Intentis in apparatum novi belli Romanis ne ab Antiocho
2 quidem cessabatur. tres eum civitates tenebant, Zmyrna et
Alexandria Troas et Lampsacus, quas neque vi expugnare ad
eam diem poterat neque condicionibus in amicitiam perlicere.
neque ab tergo relinquere traiciens ipse in Europam volebat.
3 tenuit eum et de Hannibale deliberatio. et primo naves apertae,
4 quas cum eo missurus in Africam fuerat, moratae sunt; deinde,

hielten, als diese an das Volk appellirten, ihre Verfügung aufrecht, bewirkten, dass das Volk dieselbe bestätigte, die faeneratores verurtheilte, s. Lange 1, 729; 2, 194. — *privatos* ist wie 26, 3, 8 a. E., 8, 33, 10 gebraucht, wo man *reos* erwartet, vgl. 38, 52, 7. — *Brut.*, 34, 1, 4 ist er Volkstribun, Mommsen Staatsr. 454. — *de multa*, s. 33, 25, 3. — *quadr. inaur.*, vgl. 29, 38, 8; 38, 35, 4; Preller 197. — *in Capit.*, auf den capitol. Tempel. — *aediculae*, ob die *cella Iovis* in dem capitol. Tempel, s. 5, 50, 6, denn nur diese scheint so allgemein bezeichnet werden zu können, und die der Iuno und Minerva besondere *aediculae* innerhalb des Tempels ausmachten oder wieder umschlossen, in sich fassten, ist nicht klar, s. Becker 1, 397; Abecken Mittelital. 225. Uebrigens werden schon c. 10, 12: *clupea in fastigio Iovis aedis* erwähnt. — *iidem* als ob nicht *positae* (n. *ab aedilibus*, vgl. c. 37, 8) sondern *aediles posuerunt* vorausgienge. — *portic.*, wie c. 10, 12, in der Richtung nach dem Aventinus zu, an dem Orte, wo nächst der Tiber die Holzhändler ihre Niederlage hatten, Becker 1, 464. — *inter lignar.*, zur Bezeichnung der Localität wie Cic. Cat. 1, 4, 8: *inter falcarios*.

42—43, 7. Antiochus landet in Griechenland. Appian. Syr. 12; Diod. Sic. 29, 1; Zonar. 9, 19.

Intentis etc., damit geht L. auf die griech. Geschichte des Jahres 192—191, die nach Polyb. bis c. 51 erzählt ist, zurück, s. c. 25, 1. Zwischen dem c. 15, 1; 18f. und dem an u. St. Erwähnten war wol noch Manches über Antiochus von Polyb. berichtet, was aber von L. übergangen worden ist. *ne — quid.*, auch nicht, es ist nach c. 43ff. der Uebergang nach Europa gemeint. — *Alex. Troas*, von Antigonus gegründet, daher früher *Antigonia*, später auch *Troas* od. *Alexandria* genannt, südlich von Ilium; s. 37, 35, 2. Bis jetzt sind immer nur die beiden anderen Städte erwähnt, s. c. 16, 3; 17, 6; 33, 38 u. o., doch s. c. 16, 5. — *poterat* (Crevier verm. *potuerat*), bis dahin, immer nicht, s. 25, 15, 6; 32, 24, 6. — *condic.*, s. 6, 42, 11; 23, 7, 1; 34, 23, 11. — *neq. voleb.* steht den beiden vorherg. Gliedern, die eigentlich ein Ganzes bilden, *neque aut — aut*, parallel.

3—5. *apertae*, keine Kriegsflotte, wie sie Hann. verlangt hatte, s. 34, 60, 5, viell. nach einer anderen von L. nicht berichteten Angabe (des Polyb.?) oder ein Irrthum Ls'. — *miss. fuer.*, s. c. 18, 8; vgl. 22, 22, 19; 5, 33, 1; 10, 11,

an omnino mittendus esset, consultatio mota est, maxime a Thoante Aetolo, qui omnibus in Graecia tumultu completis Demetriadem adferebat in potestate esse et, quibus mendaciis de rege, 5
multiplicando verbis copias eius, erexerat multorum in Graecia animos, isdem et regis spem inflabat: omnium votis eum accersi, concursum ad littora futurum, unde classem regiam prospexissent. hic idem ausus de Hannibale est movere sententiam prope 6
iam certam regis. nam neque dimittendam partem navium a classe regia censebat, neque, si mittendae naves forent, minus 7
quemquam ei classi quam Hannibalem praeficiendum: exulem 8
illum et Poenum esse, cui mille in dies nova consilia vel fortuna sua vel ingenium posset facere, et ipsam eam gloriam belli, qua 9
velut dote Hannibal concilietur, nimiam in praefecto regio esse. regem conspici, regem unum ducem, unum imperatorem videri debere. si classem, si exercitum amittat Hannibal, idem damni 10
fore, ac si per alium ducem amittantur; si quid prospere eveniat, Hannibalis eam, non Antiochi gloriam fore; si vero universo bello 11
vincendi Romanos fortuna detur, quam spem esse sub rege vi-

4, zu c. 37, 2. — *an — esset*, s. 31, 48, 6; 36, 17, 11. — *mota est*, s. 32, 40, 1; 5, 24, 7. — *Thoante*, der also eine zweite Gesandtschaft zu Antiochus in dem Jahre übernommen hat, s. c. 32, 8; App. l. l.: *Ἀντιόχῳ δ᾽ ἧκον Αἰτωλῶν πρέσβεις, ὧν Θόας ἦρχεν, αὐτοκράτορά τε στρατηγὸν Αἰτωλῶν Ἀντίοχον ἀποφαίνοντες καὶ διαπλεῖν ἐς τὴν Ἑλλάδα ἤδη προκαλοῦντες* etc. — *omnib.* — *compl.*, während Alles — sei, habe man — gewonnen. — *in pot.* n. *sua*, oder überhaupt der kriegführenden Partei, 25, 20, 2. — *de rege — eius*, c. 12, 14. — *multiplic.*, erklärende Apposition, s. 6, 20, 8; 1, 56, 2; 24, 38, 2 u. a. — *inflab.*, s. Curt. 3, 5, 10: *purpuratis solita vanitate spem inflantibus;* L. 37, 12, 4.

6—9. *movere*, wankend machen, ändern, vgl. c. 40, 7; 34, 54, 8. — *neque — minus*, keinem weniger = jedem anderen eher, vgl. c. 13, 7: *non magis.* — *mille*, 3, 14, 4; 29, 18, 7; 21, 43, 18. — *fortuna* geht auf *exulem*: dem Verbannten sei nicht zu trauen *ingenium* auf *Poenum*: und noch dazu ein P., die *fides Punica.* — *sua* auf *cui* bezogen, s. 38, 32, 8; 25, 24, 13 u. a. *ipsam eam*, 9, 17, 7: *ipsos eos*; 21, 26, 7; 42, 21, 8; ib. 25, 4; 43, 22, 2; 45, 39, 16. — *velut dote — concil.*, wie durch eine reiche Mitgift ein Frauenzimmer sich empfiehlt, dem Manne gewonnen, zugeführt wird: Suet. Caes. 50: *existimabatur Servilia — Tertiam Caesari conciliare.* — *praef. reg.*, nur ein General eines Königs, s. 38, 58, 10. — *conspic.*, 34, 4, 14. — *ducem — imper.*, 31, 21, 18. — *videri*, erscheinen, gelten.

10—14. *idem damni*, 36, 2, 9. *ac si*, 37, 54, 21: *eo — ac si.* — *si quid*, nicht mehr Anapher, sondern Gegensatz. — *univ. b.*, 30, 35, 11. — *s. rege — uni — patriam*, ist nur insofern Gegensatz, als bei *patria* zu denken ist, dass dieses ein Freistaat war und jeder sich den Gesetzen des Vaterlandes am

cturum Hannibalem, uni subiectum, qui patriam [prope] non tu-
12 lerit? non ita se a iuventa eum gessisse, spe animoque com-
plexum orbis terrarum imperium, ut in senectute dominum la-
13 turus videatur. nihil opus esse regi duce Hannibale; comite et
14 consiliario eodem ad bellum uti posse. modicum fructum ex ingenio
tali neque gravem neque inutilem fore; si summa petantur, et dan-
43 tem et accipientem praegravatura. Nulla ingenia tam prona ad in-
vidiam sunt quam eorum, qui genus ac fortunam suam animis non
aequant, quia virtutem et bonum alienum oderunt. extemplo
consilium mittendi Hannibalis, quod unum in principio belli uti-
2 liter cogitatum erat, abiectum est. Demetriadis maxime defectione
ab Romanis ad Aetolos elatus non ultra differre profectionem in
3 Graeciam constituit. priusquam solveret naves, Ilium a mari
escendit, ut Minervae sacrificaret. inde ad classem regressus pro-
ficiscitur quadraginta tectis navibus, apertis sexaginta, et ducen-
tae onerariae cum omnis generis commeatu bellicoque alio appa-
4 ratu sequebantur. Imbrum primo insulam tenuit; inde Sciathum

leichtesten unterwirft. — *prope* scheint, da der Redner eher übertreibt als mildern will, nicht hierher zu passen. — *spe — compl.*, nach der Analogie von *cogitatione*, *animo complecti* gesagt, ist Erklärung von *ita* und so zugleich Grund des Gedankens *non ita, ut — videatur*. — *eodem*, ebenderselbe, den er als *dux* nicht bedürfe, die Stellung chiastisch. — *summa*, das Höchste, was er als grosser Feldherr geben, leisten könne. — *dantem*, da er, obgleich die Seele des Ganzen, auf den Ruhm verzichten; *accipientem*, da er, der höher Gestellte, eine Wohlthat annehmen müsse. — *praegravat.* steht *neque grav. neq. inutil.* gegenüber: sehr drückend und schädlich sein; in sinnlicher Bedeutung, 7, 23, 9; 38, 25, 12, gebraucht.

43. 1—3. *animis n. aeq.*, vgl. 33, 21, 3. — *et bonum*, und überhaupt das Gute, die Vorzüge, *alienum* gehört dem Begriff nach auch zu *virtutem;* Crevier vermuthet *ut bonum.* — *consil. mittendi* etc., nach Cornel. Hann. 8: *Hannibal tertio anno post quam domo profugerat, L. Cornelio, Q. Minucio conss. cum V navibus Africam accessit in finibus Cyrenaeorum* ist H. schon im J. 561 in Afrika, auch nicht mit einer Kriegsflotte, gelandet, s. c. 42, 3; 19, 7; 34, 60; Oros. 4, 20. — *utiliter*, so dass es hätte nützen können, 27, 28, 3. — *defectio ad — ab*, 26, 30, 2: *defectione a Romanis ad Hannibalem*; 28, 10, 5; 2, 52, 7. — *ultra diff.*, über die Zeit s. c. 44, 3. *escend.*, s. c. 13, 6; 36, 11, 6; 41, 22, 5; ib. 23, 13 u. a. — *a mari escend.*, aus dem portus Achaeorum. *ut Minerv.*, vgl. 37, 9, 7; ib. 37, 3, wie Xerxes, Herod. 7, 42, und Alexander d. Gr., welcher den kleinen Ort Neu-Ilium mit einem schönen Tempel der Athene schmückte, s. Arrian. Exped. Al. 1, 11; Strabo 13, 1, 26, 593. — *quadrag. n.*, s. 37, 11, 6.

4—6. *Imbr.*, etwas nördlich von Ilium; *Sciath.*, 31, 45, nicht weit von der Südspitze Magnesias, An-

traiecit; ubi collectis in alto quae dissipatae erant navibus ad Pte-
leum primum continentis venit. ibi Eurylochus ei Magnetarches 5
principesque Magnetum ab Demetriade occurrerunt, quorum fre-
quentia laetus die postero in portum urbis navibus est invectus;
copias haud procul inde exposuit. decem milia peditum fuere 6
et quingenti equites, sex elephanti, vix ad Graeciam nudam
occupandam satis copiarum, nedum ad sustinendum Romanum
bellum.

Aetoli, postquam Demetriadem venisse Antiochum adlatum 7
est, concilio indicto decretum, quo accerserent eum, fecerunt. iam 8
profectus ab Demetriade rex, quia ita decreturos sciebat, Phalara
in sinum Maliacum processerat. inde decreto accepto Lamiam 9
venit, exceptus ingenti favore multitudinis cum plausibus clamo-
ribusque et quibus aliis laetitia effusa vulgi significatur. In con- **44**
cilium ut ventum est, aegre a Phaenea praetore principibusque
aliis [introductus] facto silentio dicere orsus rex. prima eius ora- 2

fang und Ende der Fahrt. — *in alto* ist des Nachdrucks wegen dem Relativ vorangestellt, s. 42, 11, 2; 30, 43, 7, K. 313. — *Ptel.* in Phthiotis, am Eingang in den pagasäischen Meerbusen. — *contin.*, 32, 18, 6. — *urbis* n. Demetrias. — *navibus*, s. c. 39, 1, anders § 3. — *decem m.*, 36, 19, 11. — *nudam*, von Truppen entblösst; wenn keine feindliche Armee dagewesen wäre.

43, 7—**45**. Berathungen der Aetoler und des Königs.

7—9. *indicto*, nach dem Folg. in Lamia; es ist, wie *exceptus* — *multitud.* u. c. 44, 1 zeigt, eine allgemeine, c. 33, 1, aber ausserordentliche, s. 31, 29, 1, Versammlung des ätol. Volkes, nicht blos der Apokleten. — *accers.*, in die Versammlung. — *in sin.*, wir: in dem Meerbusen. — *Lamiam*, die Stadt gehört noch, s. 27, 30, 3; 32, 3, 3, oder jetzt wieder den Aetolern, s. c. 49, 9; 36, 25, 1; 37, 4, 8. — *exceptus*, und wurde u. s. w., vgl. zu 21, 1, 5; 37, 39, 6. — *ingenti* — *cum*, unter —, die begleitet war von u. s. w.; zur Sache vgl. 31, 15, 2.

44. 1. *Phaenea*, s. 32, 32; 34; 33, 3; 13; er ist Strateg 192—91; die Ankunft des Antiochus erfolgte also im Herbste 192, s. § 3. — *princip. aliis*, weil auch der Strateg zu den *princ.* gehört; c. 43, 5 heisst es nur *principesq.* — *introductus* hat nur die Mz. Hs., die Bamb. dafür nur *in*, was aus *in concil.* wiederholt oder statt der ursprünglichen Lesart (etwa *productus*, s. 27, 7, 4) geschrieben sein kann; nach *in concil. ut vent. e.* scheint *introductus* nicht nöthig und tautologisch, während es an anderen Stellen passend ist, wo sich die Versammlung schon constituirt und die Berathung begonnen hat, was an u. St., wo der Prätor und die principes den König empfangen, nicht der Fall zu sein scheint, s. 31, 30, 1; 32, 19, 10, vgl. c. 32, 8: *intromissus*. — *silent. f.*, nach griechischer Sitte, s. 32, 20, 1; 33, 32, 4, durch den Herold, wie die Worte, auch wenn sie, was jedoch nicht nöthig ist, auf *a Phaenea* bezogen würden, gefasst werden können. — *orsus* n. *est*, s. 8, 9, 10; 10, 17, 8; 38, 16, 5; 36, 6, 4.

2—4. *prima*, im Eingange. *ex-*

tio fuit excusantis, quod tanto minoribus spe atque opinione
3 omnium copiis venisset. id suae impensae erga eos voluntatis ma-
ximum debere indicium esse, quod nec paratus satis ulla re et
tempore ad navigandum immaturo vocantibus legatis eorum haud
gravate obsecutus esset credidissetque, cum se vidissent Aetoli,
4 omnia vel in se uno posita praesidia existimaturos esse. ceterum
eorum quoque se, quorum expectatio destituta in praesentia vi-
5 deatur, spem abunde expleturum: nam simul primum anni tem-
pus navigabile praebuisset mare, omnem se Graeciam armis viris
6 equis, omnem oram maritimam classibus completurum, nec
impensae nec labori nec periculo parsurum, donec depulso cer-
vicibus eorum imperio Romano liberam vere Graeciam atque in
7 ea principes Aetolos fecisset. cum exercitibus commeatus quo-
que omnis generis ex Asia venturos; in praesentia curae esse
Aetolis debere, ut copia frumenti suis et annona tolerabilis rerum
45 aliarum suppeditetur. In hanc sententiam rex cum magno o-
2 mnium adsensu locutus discessit. post discessum regis inter duos
principes Aetolorum, Phaeneam et Thoantem, contentio fuit.
3 Phaeneas reconciliatore pacis et disceptatore de iis, quae in con-

cusant., 34, 40, 3: *prima oratio fuit permittentis;* 8, 30, 10, vgl. c. 34, 9. — *tanto min.*, so weit unter u. s. w. Sonst steht bei *spe* u. ä. gewöhnlich der blosse Comparativ. — *immatur.*, nach § 5 im Herbste, als schon die Stürme begonnen haben, s. c. 43, 4; 38, 41, 15. Nach dem Vorhergeh., vgl. auch c. 22, 1, waren die Gerüchte von den grossen Rüstungen des Königs, s. 34, 43, 4; ib. 33, 12; 60; vgl. 35, 12; 20; 23 ff., falsch, was wol dem Senate in Rom nicht unbekannt war. — *haud gr.*, s. 32, 32, 6. — *vel in s. u.*, schon in ihm allein u. s. w. *praesid.*, alle Hülfsmittel zur Führung des Krieges. — *destit.*, c. 19, 4; 1, 51, 5; *spes* und *expectatio* wechseln.

5—7. *primum* ist wahrscheinlich zu *simul* zu nehmen, obgleich diese Verbindung selten ist, s. 6, 1, 6, nicht zu *tempus.* — *viris eq.*, c. 35, 7, zu 21, 27, 5; vgl. 23, 24, 9: *arma viros equos;* 10, 16, 6: *arma virique*, 8, 5, 3; 9, 19, 13; ib. 38, 7; *equi virique* 5, 37, 5; *arma signa equi virique* 23, 5, 6. — *parsur.*, wie 26, 13, 16. — *vere,* nicht zum Scheine, wie c. 38, 10, vgl. c. 46, 6. — *princip.*, sie sollen die Hegemonie erhalten, was die Aetoler wol bei dem ganzen Unternehmen bezweckten, vgl. jedoch 33, 11, 9. — *annona tol.*, einen ausreichenden Vorrath von Lebensbedürfnissen ausser dem Getreide um einen erträglichen Preis. — *suppedit.*, gewöhnlich hat L. sonst die active Form in neutraler Bedeutung, vgl. jedoch 23, 48, 8.

45. 1—4. *In hanc s.*, 3, 41, 1; 22, 10, 2: *in haec verba* u. a. — *discessit. p. discessum*, wie sonst verb. finit. u. part. praet. zusammengestellt; dagegen *regis* nach *rex* wol ohne Absicht. — *princip.* hier wie c. 31, 6, anders § 9. — *Phaeneas* steht an der Spitze der gemässigten Partei, s. c. 33, 7, und sucht jetzt zu spät den Frieden noch zu erhalten. — *reconciliatore* scheint sich sonst nicht zu finden; *dis-*

troversia cum populo Romano essent, utendum potius Antiocho
censebat quam duce belli; adventum eius et maiestatem ad vere- 4
cundiam faciendam Romanis vim maiorem habituram quam
arma; multa homines, ne bellare necesse sit, voluntate remittere,
quae bello et armis cogi non possint. Thoas negare paci studere 5
Phaeneam, sed discutere apparatum belli velle, ut taedio et impe-
tus relanguescat regis et Romani tempus ad comparandum ha-
beant: nihil enim aequi ab Romanis impetrari posse totiens le- 6
gationibus missis Romam, totiens cum ipso Quinctio disceptando
satis expertum esse, nec nisi abscisa omni spe auxilium Antiochi
imploraturos fuisse. quo celerius spe omnium oblato non esse 7
elanguescendum, sed orandum potius regem, ut, quoniam, quod
maximum fuerit, ipse vindex Graeciae venerit, copias quoque ter-
restris navalisque accersat. armatum regem aliquid impetratu- 8
rum; inermem non pro Aetolis modo, sed ne pro se quidem ipso
momenti ullius futurum apud Romanos. haec vicit senteutia, im- 9
peratoremque regem appellandum censuerunt et triginta princi-
pes, cum quibus, si qua vellet, consultaret, delegerunt.

ceptator, wie c. 17, 2. — *verec. fac.*, Scheu einzuflössen, von Anmassung und zu hohen Forderungen abzuhalten, vgl. 36, 27, 8; 45, 37, 14: *verecundiam* — *adferre*. — *bellare nec. s.*, der Gegensatz von *voluntate* und das folg. *possint*, wenn dafür nicht *possent* wie vorher *essent* zu lesen ist, spricht mehr für diese Lesart als für *bellarent*, was d. Bamb. Hs. hat und Gron. billigte, s. 37, 17, 6. — *remittere*, erlassen, eine Leistung nicht fordern, die zu fordern man das Recht oder die Macht hat, nachlassen, s. 32, 2, 5; 6, 36, 3, vgl. c. 17, 5.

5—8. *neg. p. st.*, er sei im Geheimen Anhänger der Römer. — *taedio*, über die Zögerung; *relanguesc.*, seltener in früherer Zeit, *elanguescere*, § 7; 1, 46, 7; 23, 23, 8 u. a.; erst seit L. gebraucht. — *compar.*, absolut, wie 38, 12, 7; 42, 52, 8; vgl. Nep. Hann. 7, 1, c. 35. 14; 34, 34, 6. — *legation.*, c. 33, 5. — *expert.*, passiv, wie mehrfach bei L. — *abscisa*, c. 31, 7; 32, 6; 4, 10, 4 u. a. — *max. fuer.*, worauf am meisten angekommen, was das Nöthigste gewesen sei. — *ipse*, c. 44, 3. — *vindex*, wie c. 46, 11.

9. *imperator*, vgl. die Stelle aus Appian. zu c. 42, 3: *αὐτοκράτορα στρατηγόν*, nicht gewöhnlicher Strateg, *praetor*, sondern selbständiger Oberfeldherr. — *trig. princ.*, vgl. Polyb. 20, 1: *τριάκοντα ἀποκλήτων προεχειρίσαντο τοὺς συνεδρεύσοντας μετὰ τοῦ βασιλέως*, also ein Ausschuss der Apokleten, 35, 34, 2, deren Zahl grösser war, s. 45, 28, 7; L. nennt sie oft principes, s. 26, 24, 1; 33, 35, 10; 36, 6, 6; ib. 11, 7; 27, 4; 28, 9; 38, 8, 2; Polyb. *ἀπόκλητοι* 4, 5; 20, 1; *προεστῶτες τῶν Αἰτωλῶν* 20, 11; *ἄρχοντες* 4, 26; 21, 2 u. a. Die jetzt gewählten sind der Beirath des Strategen *σύνεδροι; συνέδριον*. — *si q. v.*, sie sollen ihm nicht vorschreiben, was er zu thun habe.

46 Ita dimisso concilio multitudo omnis in suas civitates dilapsa
2 est; rex postero die cum apocletis eorum, unde bellum ordiretur,
consultabat. optimum visum est Chalcidem, frustra ab Aetolis
nuper temptatam, primum adgredi; et celeritate magis in eam
3 rem quam magno conatu et apparatu opus esse. itaque cum mille
peditibus rex, qui Demetriade secuti erant, profectus per Phocidem est, et alio itinere principes Aetoli iuniorum paucis evocatis
ad Chaeroniam occurrerunt et decem constratis navibus secuti
4 sunt. rex ad Salganea castris positis navibus ipse cum principibus Aetolorum Euripum traiecit, et, cum haud procul portu
egressus esset, magistratus quoque Chalcidensium et principes
ante portam processerunt. pauci utrimque ad colloquium con-
5 gressi sunt. Aetoli magno opere suadere, ut salva Romanorum
6 amicitia regem quoque adsumerent socium atque amicum: neque
enim eum inferendi belli, sed liberandae Graeciae causa in Europam traiecisse, et liberandae re, non verbis et simulatione, quod
7 fecissent Romani; nihil autem utilius Graeciae civitatibus esse
quam utramque complecti amicitiam; ita enim ab utriusque iniu-
8 ria tutas alterius semper praesidio et fiducia fore. nam si non recepissent regem, viderent, quid patiendum iis extemplo foret, cum
Romanorum procul auxilium, hostis Antiochus, cui resistere suis

46—47. Unternehmungen des Königs. Polyb. 20, 1; Appian. Syr. 12 f.

1—3. *multit*, c. 33, 1. — *apocl.*, Pol. ὁ δὲ συνῆγε τοὺς ἀποκλήτους, καὶ διαβούλιον ἀνεδίδου περὶ τῶν ἐνεστώτων. — *nuper*, c. 37. — *et* vor *celeritate* führt die begründende Erklärung ein. — *in e. r.*, um sie auszuführen. — *rex*, obgleich sich *qui* auf *peditib.* bezieht, nachgestellt um es hervorzuheben, wie § 6 *re*, c. 47, 2; 38, 21, 14 u. a. — *Demetr.*, s. c. 10, 9; Andere setzen *ab* zu. — *per Phoc.*, wahrscheinlich erst durch Doris, dann durch den östlichen Theil von Phocis nach Böotien. — *et alio*, und so, in gleicher Weise, vgl. 36, 6, 10; 24, 2, 8; Caes. 5, 11, 3 u. ä. — *princip. Aet.* gehört auch zu *secuti sunt*, die einen stiessen zu ihm, die anderen folgten. — *iunior.*, nach römischer Bezeichnung; s. 1, 43, 1. — *ad — occurr.*, sie kamen dahin und — zu ihm, s. c. 15, 1: *eo — occurrit.* — *Chaeroniam*, vgl. 42, 43, 6; 36, 19, 5. — *constrat.*, s. c. 26, 1: *tectis;* c. 43, 3 u. oft.

4—8. *Salgan.*, c. 37, 6. — *magistr.*, mehrere, wie c. 38, 1. — *salva*, s. c. 48, 9. — *et liber.*, s. 26, 13, 7: *hostis — et Hannibal hostis;* Cic. Verr. 2, 21, 51: *hostis, et hostis* etc. u. oft, anders ist 39, 27, 2: *si liberas — esse velint, re non verbo eos liberos relinquant*, vgl. c. 38, 9. *simulat.*, vgl. 33, 31, 2. — *tutas* ist wahrscheinlich mit Duker statt *tutam* zu lesen. — *fiducia*, schon durch — wenn auch kein *praesidium* da sei. — *iis*, von dem Standpunkte des Sprechenden aus, nicht von dem Subjecte in *viderent*, wie das sogleich folg. *suis*, s. 9, 5, 9; 3', 11, 12. — *procul*, vgl. 36, 5, 7.

viribus non possent, ante portas esset. ad haec Micythio, unus 9
ex principibus, mirari se dixit, ad quos liberandos Antiochus re-
licto regno suo in Europam traiecisset: nullam enim civitatem se 10
in Graecia nosse, quae aut praesidium habeat, aut stipendium Ro-
manis pendat, aut foedere iniquo adligata quas nolit leges patia-
tur: itaque Chalcidenses neque vindice libertatis ullo egere, cum 11
liberi sint, neque praesidio, cum pacem eiusdem populi Romani
beneficio et libertatem habeant. amicitiam regis non aspernari, 12
nec ipsorum Aetolorum. id primum eos pro amicis facturos, si in-
sula excedant atque abeant: nam ipsis certum esse non modo non 13
recipere moenibus, sed ne societatem quidem ullam pacisci nisi
ex auctoritate Romanorum. Haec renuntiata regi ad naves, ubi **47**
restiterat, cum essent, in praesentia — neque enim iis venerat
copiis, ut vi agere quicquam posset — reverti Demetriadem pla-
cuit. ibi, quoniam primum vanum inceptum evasisset, consul- 2
tare cum Aetolis rex, quid deinde fieret. placuit *Boeotos* Achaeos

9—13. *Micyth.*, c. 38, 1. — *mirari*, 38, 24, 10. — *praesid.*, s. 34, 50 f.; 33, 32 f., anderer Art ist das *praesidium* c. 39, 2. — *stipend.*, Steuern, Tribut, 33, 32, 5: *immunes, suis legibus esse.* — *foedere iniq.*, solche waren, wenigstens den Worten und dem Scheine nach, damals die Bündnisse der Römer mit den griechischen Staaten, deren aber nur wenige erwähnt werden, nicht, vgl. 34, 57, 7. — *adlig.*, gewöhnlich sagt L. in diesem Falle *illigare*, s. 33, 12, 13. — *quas nol. l.*, unterworfenen Staaten werden oft ihre Gesetze genommen und neue gegeben, s. 23, 5, 9; der Gegensatz ist *suas leges habere*, 33, 30, 2; 24, 1, 13 u. a. — *liberi*, souverain, die wichtigsten Attribute einer *civitas libera* sind vorher angegeben: Unabhängigkeit von dem imperium und der Kriegsgewalt (*praesidium*) fremder Staaten (*foedere iniquo*), also das Recht Bündnisse zu schliessen, s. § 13; Krieg zu führen; Autonomie (*suas leges*), also auch eigene nicht von Fremden eingesetzte Magistrate; anderen Staaten nicht steuerpflichtig, also volle Herrschaft über den Grund und Boden und sonstigen Besitz. — *praesid.*, gegen die Römer, da diese nach dem, was sie bisher gethan, sie nicht dienstbar machen werden. — *nec ipsor.*, 37, 20, 8. — *id prim.*, wenn sie Freunde sein wollten, so möchten sie als solche, s. 24, 2, 4: *ne quid non pro sociis egisse viderentur;* ib. c. 48, 5: *pro sociis*; über *si* 21, 11, 2. — *ipsis* mit grösserem Nachdruck als *sibi:* ihnen, so viel an ihnen liege, so sehr auch der König und die Aetoler das Gegentheil wünschten, s. 4, 26, 6; Cic. Fin. 3, 12, 40; Kühnast 113. — *non modo non*, 4, 3, 10; Verr. 3, 48, 114. — *ne — quid. nisi*, s. 28, 12, 7, vgl. 36, 39, 9. — In den Worten liegt nicht, dass sie kein Bündniss ohne Zustimmung der Römer eingehen dürfen, sondern dass sie es aus Achtung vor denselben nicht wollen, es also könnten, vgl. c. 50, 2.

47. 1—4. *iis cop.*, c. 34, 9. — *cum*, weit nachgestellt, s. 1, 26, 7; 33, 6, 1. — *ut vi* etc., c. 38, 12. — *vanum*, 37, 28, 9. — *Boeotos* ist nach dem Folg. § 3 ausge-

3 Amynandrum regem Athamanum temptare. Boeotorum gentem
aversam ab Romanis iam inde a Brachylli morte, et quae secuta
4 eam fuerant, censebant; Achaeorum Philopoemenem principem
aemulatione gloriae in bello Laconum infestum invisumque esse
5 Quinctio credebant. Amynander uxorem Apamam, filiam Alexan-
dri cuiusdam Megalopolitani, habebat, qui se oriundum a magno
Alexandro ferens filiis duobus Philippum atque Alexandrum et
6 filiae Apamam nomina inposuerat; quam regiis inclutam nuptiis
7 maior ex fratribus Philippus secutus in Athamaniam fuerat. hunc
forte ingenio vanum Aetoli et Antiochus inpulerant in spem Ma-
cedoniae regni, quod is vere regum stirpis esset, si Amynandrum
8 Athamanesque Antiocho coniunxisset. et ea vanitas promisso-
rum non apud Philippum modo sed etiam apud Amynandrum
valuit.

fallen. — *temptare*, zu gewinnen suchen, nach *placuit*, s. 38, 4, 7; 8, 13, 8; 24, 34, 16 u. s. w. — *iam inde*, 34, 27, 9. — *Brachylli*. s. 36, 6, 1; 33, 27, 8, zur Sache 33, 28; Pol. 18, 43. — *et quae*, davor ist nicht ohne Härte: *et ab iis* zu denken. — *Ach. Phil. princ.*, s. Cic. N. D. 3, 15, 39: *eius Palaemonem filium;* ib. 19, 48: *huius Absyrto fratri* u. a. — *in bello*, 37, 49, 2. — *infest. invis.*, gegenseitiger Hass, *infestus* mehr activ, drohend, s. c. 12, 1; 4, 53, 9; 5, 8, 9; Curt. 10, 22, 7; zur Sache s. c. 30, 13.

5—8. *Amynander*, im letzten Kriege Bundesgenosse der Römer, 31, 28, 1; der sich aber bei dem Frieden zurückgesetzt fühlen mochte, s. 33, 34, 11. — *Apama*, dieses war der Frauenname; die Hss. haben *Apamea* oder *Apamia*, vgl. 38, 13, 5; Strabo 16, 2, 4 p. 749: *Ἀπάμεια τῆς γυναικὸς αὐτοῦ (Σελεύκου τοῦ Νικάτορος) Ἀπάμας ἐπώνυμος*, die an u. St. erwähnte ist dieselbe, welche Strabo meint, die Tochter des Spithames, Schwester der Gemahlin Alexanders Barsine, die Gemahlin des Seleucus Nicator. — *oriund. a*, s. 1, 49, 9; 34, 9, 1. — *magno Al.*, 9, 17, 6. — *ferens*, s. 45, 44, 19: *libertum se populi R. ferre*; 4, 45, 7. — *Philippum — nomina*, 1, 1, 11; ib. 34, 10: *Tarquinium Priscum edidere nomen*, vgl. 45, 39, 7: *Philippus et Alexander*, *filii regis* (*Persei*), *tanta nomina*. — *inclut.*, viel besprochen, 26, 11, 8: *templum ea tempestate inclutum divitiis;* 1, 7, 12: *quae tum familiae maxime inclutae ea loca incolebant;* 1, 18, 1; ib. 36, 3: *inclutus ea tempestate augur*, u. a., wo *inclutus* nur von dem Ruf in der Gegenwart, nicht bei der Nachwelt gebraucht ist; es wird dafür *iunctam* wie 4, 9, 5: *splendidissimis nuptiis iungi puellam*, von Madvig *inclusam* vermuthet; *collocatam*, s. Digest. 3, 2, 11, 2: *posse nuptiis se collocare*, läge zu weit von der hds. Lesart ab; zur Sache vgl. Appian.: *Ἀπάμαν Ἀμυνάνδρῳ πρὸς γάμον ἐνεγύησεν. ἀγαγὼν δ' αὐτὴν Φίλιππος — ἐς τὸν γάμον, ἐπεὶ τὸν Ἀμύνανδρον εἶδεν ἀσθενῆ καὶ πραγμάτων ἄπειρον, παρέμενε* etc. — *ingen. van.* hat App. nicht. — *quod is — esset*, der von den Aetolern gedachte und angeführte Grund; über die ungewöhnliche Stellung des Satzes s. 38, 33, 11, zu 25, 16, 5. — *vere*, die jetzt

In Achaia legatis Antiochi Aetolorumque coram T. Quinctio 48
Aegii datum est concilium. Antiochi legatus prior quam Aetoli 2
est auditus. is, ut plerique, quos opes regiae alunt, vaniloquus
maria terrasque inani sonitu verborum complevit: equitum innu- 3
merabilem vim traici Hellesponto in Europam, partim loricatos,
quos cataphractos vocant, partim sagittis ex equo utentis et, a
quo nihil satis tecti sit, averso refugientis equo certius figentes.
his equestribus copiis quamquam vel totius Europae exercitus in 4
unum coacti obrui possent, adiciebat multiplicis copias peditum,
et nominibus quoque gentium vix fando auditis terrebat, Dahas 5
Medos Elymaeosque et Cadusios appellans. navalium vero co- 6
piarum, quas nulli portus capere in Graecia possent, dextrum
cornu Sidonios et Tyrios, sinistrum Aradios et ex Pamphylia Sidetas tenere, quas gentes nullae umquam nec arte nec virtute

herrschenden Könige stammen nicht von dem alten Königsgeschlecht, sondern von Antigonus ab.

48—50, 6. Verhandlungen des Königs mit den Achäern und Böotiern. Plut. Titus 17; Apophthegm. 197.

1—3. *Aegii*, 38, 30, 2. — *est audit.*, vgl. zu 44, 14, 5. — *quos — al.*, Hofleute, vgl. c. 15, 7. — *inani* etc. nach *vaniloquus*, um den Begriff stärker zu betonen. — *complevit*, n. in seinen Reden, vgl. c. 49, 5: *consternit*. — *Hellesp.*, vgl. 37, 14, 3; zur Sache s. c. 23, 10. — *loricatos*, Curt. 4, 35, 3: *equitibus equisque tegumenta erant ex ferreis lamminis serie inter se conexis*, das Wort hat sich statt an *equitum* an das nähere *vim* als freie Apposit. angeschlossen, s. c. 49, 8; 28, 45, 21; 22, 15, 2. — *cataph.*, Sall. frg. Hist. 4, 57 sq.; Tac. H. 1, 79; die griechische Bezeichnung ist der lateinisch. Uebersetzung der Deutlichkeit wegen hinzugefügt; 37, 40, 5. — *sagitt. utent.*, 37, 40, 8: *sagittarii*. — *a quo* scheint sich auf die im folg. Satze bezeichnete Art zu schiessen zu beziehen: wovor, c. 32, 4; die Voranstellung wie c. 50, 3. Andere denken *equite* dazu. — *nihil s. t.*, 37, 23, 11. — *averso — equo* n. *ab hoste*, über den Singular wie in *ex equo*, s. 37, 30, 4; zur Sache 9, 19, 16.

4—6. *adicieb.*, er sagte, der König habe ausserdem — obgleich er dieselben gar nicht bedürfe um Europa zu unterwerfen. — *Dahas*, 37, 40, 8, nach Strabo 11, 9, 3 p. 515; Plin. 6, 17, 50 ein scythisches Volk, an der Südostseite des caspischen Meeres, am Oxus, aber als Wandervolk auch an anderen Orten auftretend, bekannt als Reiter, s. Verg. Aen. 8, 728; Arrian de exp. Al. 3, 28, 8; Polyb. 5, 79. — *Elym.*, Polyb. 5, 44: *τὰ δ᾽ ἐπὶ τὰς ἄρκτους αὐτῆς (Μηδίας) τετραμμένα μέρη περιέχεται μὲν Ἐλιμαίους*; Strabo 16, 1, 17 p. 744: *τῇ δὲ Σουσίδι ἡ Ἐλυμαῒς (συνάπτει) καὶ αὐτὴ τραχεῖα ἡ πολλὴ καὶ ληστρική*; ib. 1, 8 p. 739; 15, 3, 12, 732. — *Cadusii*, Corn. Dat. 1, 2; Iustin. 10, 3, 4; an der Südwestseite des caspischen Meeres; Strabo 11, 13, 4 p. 523: *οἱ δ᾽ οὖν Καδούσιοι — ἀκοντισταὶ δ᾽ εἰσὶν ἄριστοι, ἐν δὲ τοῖς τραχέσιν ἀνθ᾽ ἱππέων πεζοὶ διαμάχονται*. — *Aradios* in Phönizien; j. Ruad. — *Sidetas*, Arr. l. l. 1, 26 *Σιδῆται*, aus Sida, einer Colonie von Cumae, östlich

7 navali aequassent. iam pecuniam, iam alios belli apparatus referre supervacaneum esse: scire ipsos abundasse auro semper regna Asiae. itaque non cum Philippo nec Hannibale rem futuram Romanis, principe altero unius civitatis, altero Macedoniae tantum regni finibus incluso, sed cum magno Asiae totius partis-
8 que Europae rege. eum tamen, quamquam ab ultimis orientis terminis ad liberandam Graeciam veniat, nihil postulare ab Achaeis, in quo fides eorum adversus Romanos, priores socios
9 atque amicos, laedatur: non enim ut secum adversus eos arma capiant, sed ut neutri parti sese coniungant petere. pacem utrique parti, quod medios deceat amicos, optent; bello se non in-
10 terponant. idem ferme et Aetolorum legatus Archidamus petit, ut, quae facillima et tutissima esset, quietem praestarent, spectatoresque belli fortunarum alienarum eventum sine ullo discrimine
11 rerum suarum opperirentur. provectus deinde est intemperantia linguae in maledicta nunc communiter Romanorum, nunc proprie
12 ipsius Quinctii, ingratos appellans et exprobrans non victoriam modo de Philippo virtute Aetolorum partam sed etiam salutem,
13 ipsumque et exercitum sua opera servatos. quo enim illum umquam imperatoris functum officio esse? auspicantem immolan-

vom Eurymedon auf einer Halbinsel mit einem bedeutenden Hafen, nicht weit von dem jetzigen Eski Adalia, s. c. 13, 5.

cum quibus de summa rerum deliberaret, navibus eo ad diem in-
dictum concilio venit. et Amynander, accitus ad consultandum 7
ex Athamania, et Hannibal Poenus, iam diu non adhibitus, inter-
fuit ei consilio. consultatum de Thessalorum gente est, quo- 8
rum omnibus, qui aderant, voluntas temptanda videbatur. in 9

mult. eo st., vieler Verhältnisse waren so zerrüttet (*eo* hier herabsteigend), dass sie nur durch eine Veränderung der Politik oder eine Revolution sich halten konnten, s. 35, 34, 3; 42, 30, 4: *quos aes alienum et desperatio rerum suarum eodem manente statu praecipites ad novanda omnia agebat;* zur Constr. vgl. 37, 29, 8: 38, 4, 9: *haud facili ab Romanis auxilio*; 4, 41, 12: *brevi reliquo vitae spatio;* 7, 27, 7: *ne in muris quidem satis firma spe*, s. zu 34, 30, 2. Die Worte *re vera* — *posset* schliessen sich übrigens der Form nach nicht an das Vorhergeh. *causas* — *habentem* an, und geben nicht sowol den Grund des Hasses gegen die Römer an als der Veränderung der politischen Verhältnisse und der Verbindung mit Antiochus, die durch *sine mutatione rer.* nur angedeutet ist.

3—5. *effusis* wie 33, 1; Pol. l. l. c. 7. — *concil.*, 33, 2, 1: 6. — *commiser. nec parv.* etc., begonnen hatte von, mit, s. 10, 11, 2: 31, 28, 1: *hac satis felici expeditione bello commisso.* — *eand.* — *qua* etc. Dieses konnte der König, da er die Neutralität der Griechen, s. 35, 46, 7; ib. 48, 9, nur für den Fall forderte, dass die Römer einen Krieg mit ihm anfiengen. — *exorsus or.*, 21, 39, 10; dazu ist nicht ohne Härte, vgl. jedoch c. 14, 5; 35, 44, 1, *est* zu denken; Duker vermuthet, dass es ausgefallen sei. — *leni v. prae.*, indem sie den Beschluss mit milden Ausdrücken beschönigten, weniger hart erscheinen liessen, obgleich Alle wol einsahen, dass sie durch denselben Rom feindlich entgegentraten, nur der Abfall nicht mit bestimmten Worten ausgedrückt war.

6, 6—7. Kriegsrath des Königs. Appian. Syr. 13; Iustin. 31, 5.

6—10. *princip.*, s. 35, 45, 9. — *de s. rerum*, den allgemeinen Kriegsplan festsetzen; 44, 2, 1: *de summa gerendi belli.* — *navib.*, s. 35, 39, 1. *indict.*, 27, 30, 6: *concilio dies certa indicta*, 10, 27, 3, vgl. 1, 50, 1, gewöhnlicher ist *concilium indicere* und *diem dicere* od. *edicere;* über das mascul. s. c. 8, 2: 27, 16, 16; 3, 22, 4. — *Hann.*, 35, 19. *quor.* — *vol.*, die Wortstellung

eo modo diversae sententiae erant, quod alii extemplo agendum,
alii ex hieme. quae tum ferme media erat, differendum in veris
principium, et alii legatos tantummodo mittendos, alii cum
omnibus copiis eundum censebant terrendosque metu, si cuncta-
7 rentur. Cum circa hanc fere consultationem disceptatio omnis
verteretur, Hannibal nominatim interrogatus sententiam in uni-
versi belli cogitationem regem atque eos, qui aderant, tali oratione
2 avertit. „si, ex quo traiecimus in Graeciam, adhibitus essem in
consilium, cum de Euboea deque Achaeis et de Boeotia agebatur,
eandem sententiam dixissem, quam hodie, cum de Thessalis agi-
3 tur, dicam. ante omnia Philippum et Macedonas in societatem
4 belli quacumque ratione censeo deducendos esse. nam quod
ad Euboeam Boeotosque et Thessalos attinet, cui dubium est,
quin, ut quibus nullae suae vires sint, praesentibus adulando
semper, quem metum in consilio habeant, eodem ad impetran-
5 dam veniam utantur, simul ac Romanum exercitum in Graecia
viderint, ad consuetum imperium se avertant, nec iis noxiae fu-
turum sit, quod, cum Romani procul abessent, vim tuam prae-
6 sentis exercitusque tui experiri noluerint? quanto igitur prius
potiusque est Philippum nobis coniungere quam hos? cui, si se-

wie 35, 50, 3. — *hieme,* c. 5, 1. — *differ.*, absolut, c. 10, 7; 6, 14, 13; 25, 25, 4. — *et alii*, und gleichfalls; L. scheint zwei Classen mit je zwei Unterabtheilungen durch *et*, welches Duker entfernen will, verbunden zu haben, vgl. 35, 46, 3. — *terrendos* n. *Thessalos*, 23, 34, 7.

7. 1. *circa — verter.*, sich bewegte um, indem sich *circa* schon der Bedeutung nähert, die es später in *versari circa rem* hat, s. 35, 37, 4; sonst steht *verti in aliqua re* in anderer Bedeutung. — *hanc* darüber; *fere*, so ziemlich, ganz, durchaus. — *nomin.*, vgl. Iustin. l. l.: *omnibus perrogatis postremum* (*Hannibalem*) *rogasse.* — *univ. belli*, § 16; c. 6, 6; 22, 19, 6. — *avert.*, von der gegenwärtigen Berathung und deren Gegenstande, § 5; 15; 38, 30, 6. — *tali orat.*, die Rede, welche den König bestimmen soll einen andern Kriegsplan zu verfolgen, ist wie man aus App. c. 14 sieht, Polyb. entlehnt; L. behandelt vorzüglich zwei Punkte, § 2—15 dass Philipp gewonnen, § 16 ff. dass der Krieg in Italien geführt werden müsse; Anderes hat er übergangen, z. B. die Lacedämonier, weil er den Tod des Nabis schon erzählt hat, den Stoff anders geordnet.

2—5. *censeo*, wie in Rom die Senatoren, s. § 17. — *deduc.* c. 5, 4. — *ut quibus* = *ii*, *ut quibus*, zu *utantur* ist *qui* aus *quibus* zu denken, üb. die Construct. s. zu 9, 1, 9; 10, 26, 6; das Asyndeton 35, 27, 3; die beiden Sätze enthalten die Gründe zu *cui dubium est, quin simul ac* etc., s. 1, 49. 3. — *suae*, eigene, auf den Dativ bezogen = *qui — suas habeant* etc., vgl. 35, 42, 2; 25, 33, 6: *suarumque proprie virium.* — *praesent. adul.*, vgl. 3, 69, 4; 23, 4, 2. — *in consil.*, s. c. 8, 6. — *noxiae,* 33, 20, 7. — *procul,* c. 5, 7.

6—10. *prius pot.,* 8, 29, 2; 39, 47, 4; vgl. 26, 40, 1. — *si sem.,*

mel in causam descenderit, nihil integri futurum sit, quique eas vires adferat, quae non accessio tantum ad Romanum esse bellum, sed per se ipsae nuper sustinere potuerint Romanos. hoc 7
ego adiuncto — absit verbo invidia — qui dubitare de eventu possim, cum, quibus adversus Philippum valuerint Romani, iis nunc fore videam, ut ipsi oppugnentur? Aetoli, qui Philippum, 8
quod inter omnes constat, vicerunt, cum Philippo adversus Romanos pugnabunt; Amynander atque Athamanum gens, quorum 9
secundum Aetolos plurima fuit opera in eo bello, nobiscum stabunt; Philippus tum te quieto totam molem sustinebat belli; 10
nunc duo maximi reges Asiae Europaeque viribus adversus unum populum, ut meam utramque fortunam taceam, patrum certe aetate ne uni quidem Epirotarum regi parem — qui quid tandem erit vobiscum comparatus? — geretis bellum. quae igitur res mihi 11
fiduciam praebet coniungi nobis Philippum posse? una, communis utilitas, quae societatis maximum vinculum est; altera, auctores vos Aetoli. vester enim legatus hic Thoas inter cetera, 12
quae ad exciendum in Graeciam Antiochum dicere est solitus,

35, 16, 10. — *in caus.*, sich dazu versteht, darauf eingeht, indem Hannibal voraussetzt, dass ihm der Entschluss nicht leicht sein, oder Phil. denselben nur als das Mittel, sich aus seiner gedrückten Lage § 12 zu befreien, fassen werde, Tac. H. 3, 3, vgl. *deducere* § 3; 42, 38, 5. — *accessio* 31, 7, 9; zu *esse* ist aus *potuerint* zu denken *possint*, im Folg. *sed — Romanos* ist nur das Factum angegeben, aus dem die Folgerung gezogen werden soll: also es auch jetzt könne. — *ego* im Gegensatze zu den übrigen Rathgebern. — *absit inv.*, 9, 19, 15. — *qui dub.*, vgl. § 4; 35, 16, 3. — *quibus*, vermittelst deren, durch deren Hülfe, vgl. 25, 4, 3; 7, 35, 6. — *oppugn.* von Personen, wie 35, 38, 8; 38, 5, 10; 23, 28, 9; 44, 24, 2; vgl. 37, 25, 6. — *qui — vicer.*, 35, 49, 5. — *max. reg.*, Apposition zu *vos* in *geretis*, 32, 21, 15. — *Asiae Eur.* gehört zu *viribus*. — *meam utramq.* könnte den Sinn haben: ich will von meinem Glück und Unglück, da das zweite dem ersten die Beweiskraft genommen hat, nicht sprechen, nicht erwähnen, dass auch ich eine Zeit lang den Römern überlegen gewesen bin, s. § 20; Tac. H. 4, 74: *utriusque fortunae documenta;* doch wäre der Gedanke unklar ausgedrückt, und auch Pyrrhus, von dem es nicht bemerkt wird, war zuletzt unglücklich, viell. ist *utramque* nicht richtig; zur Sache vgl. Iustin. 31, 5, 9. — *patr. aet.*, 45, 7, 2; 37, 51, 1. — *Epir. regi*, 31, 7, 9. — *quid*, wie wenig. — *erit*, wenn ich die Vergleichung anstelle, vgl. 21, 46, 8; Madvig verm. *erat.*

11—13. Es ist nicht unwahrscheinlich, dass Phil. sich an dich anschliessen werde. — *quae igitur*, aber wir wissen nicht — also sage uns u. s. w. *una — altera*, s. 38, 29, 1; 42, 12, 6; vgl. zu 32, 38, 9. — *auct. vos*, der Umstand, dass ihr versichert, eure Versicherung. — *Thoas*, eine seiner Gesandtschaften wird hier als bekannt erwähnt, 35, 32, 2; 42, 4. *ante om.* etc., § 3; 35, 32, 4; nach 35, 18, 6

ante omnia hoc semper adfirmavit, fremere Philippum et aegre
13 pati sub specie pacis leges servitutis sibi impositas. ille quidem
ferae bestiae vinctae aut clausae et refringere claustra cupienti
regis iram verbis aequabat. cuius si talis animus est, solvamus
nos eius vincula et claustra refringamus, ut erumpere diu coer-
14 citam iram in hostes communes possit. quod si nihil eum lega-
tio nostra moverit, at nos, quoniam nobis eum adiungere non
15 possumus, ne hostibus nostris ille adiungi possit, caveamus. Se-
leucus filius tuus Lysimachiae est; qui si eo exercitu, quem se-
cum habet, per Thraciam proxima Macedoniae coeperit depopu-
lari, facile ab auxilio ferendo Romanis Philippum ad sua potissi-
16 mum tuenda avertet. de Philippo meam sententiam habes: de
ratione universi belli quid sentirem, iam ab initio non ignorasti.
quod si tum auditus forem, non in Euboea Chalcidem captam et
castellum Euripi expugnatum Romani, sed Etruriam Ligurumque
et Galliae Cisalpinae oram bello ardere, et, qui maximus iis ter-
17 ror est, Hannibalem in Italia esse audirent. nunc quoque accer-
sas censeo omnis navalis terrestrisque copias; sequantur classem
onerariae cum commeatibus: nam hic sicut ad belli munera pauci
18 sumus, sic nimis multi pro inopia commeatum. cum omnis tuas
contraxeris vires divisa classe partem Corcyrae in statione ha-

hat Alexander die folg. Aeusserung gethan. — *sub sp.*, 9, 45, 5. — *leg. serv.*, Friedensbedingungen die ihn zum Sclaven machen, s. 31, 11, 17. — *ferae — iram*, s. 9, 10, 3; 2, 13, 8. *claustra*, 42, 59, 2; 34, 4, 9. — *verbis — solvamus — erumpere* etc., ironisch, wie § 8: *constat.* — *erumpere*, transitiv, s. Cic. Att. 16, 3, 1; Caes. B. C. 3, 8, 3: *iracundiam erupit.*

14—15. Wenn Phil. sich nicht anschliesst, kann er leicht unschädlich gemacht werden. — *legation.*, die an ihn geschickt werden wird. — *Lysimach.* etc. hat L., der die syrische Geschichte der Zeit nur fragmentarisch berichtet, weder 35, 13f. noch ib. 43 bemerkt; Appian. sagt nur: *ἢν δ᾽ ἀπειθῇ, τὸν σὸν υἱὸν αὐτῷ Σέλευκον ἐπιπέμπειν διὰ Θρᾴκης.* — *ab — ad*, vgl. § 1: *avertit;* 1, 6, 1.

16—21. *de rat.* etc., unvermittelter Uebergang zum zweiten Theile § 16—20: die Römer müssen in Italien angegriffen werden. *ab init.* etc., App.: *τῆς γνώμης ἔχομαι τῆς αὐτῆς.* *Cisalpinae*, den beschränkenden, für die damalige Zeit nicht nöthigen Zusatz sollte man um so weniger erwarten, da der Redner vergrössert, App.: *τὰ παράλια τῆς Ἰταλίας πορθεῖν.* — *Hannibal.*, vom Standpunkte der Römer aus. — *nunc quoq.*, obgleich es jetzt nicht mehr so wirksam sein wird. — *ac. censeo*, 21, 19, 10, aber ohne Ironie, wie oft bei Cicero. — *pauci*, an sich schon nur zu wenige. — *pro inop.*, im Verhältniss zu, c. 10, 12; 37, 58, 4; zur Sache 35, 49, 9; ib. 44, 7. — *commeatum*, 4, 20, 8. — *partem* (*classis*) konnte nach *divisa classe* folgen, wie 37, 13, 8; 24, 19, 9: *Campani — paucis egressis*; 32, 9, 10. — *Corcyrae*, wo die Römer landeten,

bebis, ne transitus Romanis liber ac tutus pateat, partem ad litus 19
Italiae, quod Sardiniam Africamque spectat, traicies; ipse cum
omnibus terrestribus copiis in Bullinum agrum procedes; inde 20
Graeciae praesidebis, et speciem Romanis traiecturum te prae-
bens et, si res poposcerit, traiecturus. haec suadeo, qui ut non
omnis peritissimus sim belli, cum Romanis certe bellare bonis
malisque meis didici. in quae consilium dedi, in eadem nec infi- 21
delem nec segnem operam polliceor. dii approbent eam senten-
tiam, quae tibi optima visa fuerit."

Haec ferme Hannibalis oratio fuit; quam laudarunt magis 8
in praesentia, qui aderant, quam rebus ipsis exsecuti sunt: nihil
enim eorum factum est, nisi quod ad classem copiasque accer-
sendas ex Asia Polyxenidam misit. legati Larisam ad concilium 2
Thessalorum sunt missi, et Aetolis Amynandroque dies ad con-
veniendum exercitui Pheras est dictus; eodem et rex cum suis
copiis confestim venit. ubi dum opperitur Amynandrum atque 3
Aetolos Philippum Megalopolitanum cum duobus milibus homi-

s. 32, 9, 6, daher *transitus* n. *in Graeciam*, vgl. Caes. B. C. 3, 7 ff. — *Sardin.*, von der Westseite, dass die Ostseite und Sicilien geschützt sein würden, konnte er erwarten; s. c. 2, 10. — *agr. Bullin.*, in der Nähe von Apollonia, westlich von Dassaretien, an der illyrischen Küste, 44, 30, 10; Caes. B. C. 3, 49. — *praesid.*, c. 5, 5. — *ut* (*non* gehört zu *omnis*), s. § 10; 28, 12, 7; Cic. Phil. 12, 3, 8: *ut non referet pedem*, *insistet certe* u. a. — *omnis*, jeder Art, mit den übrigen Völkern. — *bellare* — *did.*, 22, 29, 9. — *bonis mal.*, 30, 30, 10. — *in quae*, worauf hin, um was zu erreichen, schloss sich leicht an *in eadem* an, vgl. 10, 25, 12: *in utrumque auctores sunt;* 7, 25, 9; Kühnast 281. — *dii approb.*, Cic. Verr. 5, 19, 49.

8—12. Unternehmungen des Königs im Winter. Polyb. 20, 8; Plut. Philop. 17; Tit. 16; Diod. 29, 2; Syr. App. 14; 16; Zon. 9, 19; Iust. 31, 6; Flor. 1, 24.

1—2. *in praes.*, für jetzt, von einer vergangenen Zeit, wie 2, 44, 2, vgl. 22, 60, 4: der Gegensatz (*postea* etwa) ist nicht ausgedrückt, sondern *rebus ipsis* entspricht, wie sonst *verbis*, so hier *laudarunt:* sie lobten nur; vgl. App. *ὑπὸ δὲ φθόνου τῆς τε δόξης αὐτοῦ καὶ συνέσεως* — *μεθῆκαν ἅπαντα* etc., vgl. 35, 42, 6 ff. — *ad conc.*, s. 34, 51; 42, 38, 5. — *exercit.*, die Formel *diem ad conveniendum edicere* (*dicere*), zu der sonst nur *exercitui* als Dativ tritt, s. zu 22, 11, 3; 41, 17, 8; 23, 31, 3: *legionibus*, scheint an u. St. mit *exercitui* zusammen als ein Begriff behandelt und von diesem der zweite Dativ *Aetolis Am.*, wie in *dicto alicui audientem esse* abhängig gemacht zu sein: für die Aetol., in Bezug auf die Ae., um so mehr da sich *dies ad conv.* nicht so auf die Aetoler, dass sie alle kommen sollen, noch weniger auf Amynander beziehen kann. Antiochus verfährt als Oberfeldherr, 35, 45, es wird *ad conv. cum exercitu* vermuthet. — *Pheras* 33, 6.

3—6. *Phil.* 35, 47. — *Cynosc.*,

num ad legenda ossa Macedonum circa Cynoscephalas, ubi de-
4 bellatum erat cum Philippo, misit, sive ab ipso, quaerente sibi commendationem ad Macedonum gentem et invidiam regi, quod insepultos milites reliquisset, monitus, sive ab insita regibus va-
5 nitate ad consilium specie amplum, re inane animo adiecto. tumulus est in unum ossibus, quae passim strata erant, coacervatis factus, qui nullam gratiam ad Macedonas, odium ingens ad
6 Philippum movit. itaque qui ad id tempus fortunam esset habiturus in consilio, is extemplo ad M. Baebium propraetorem misit, Antiochum in Thessaliam impetum fecisse, si videretur ei, moveret ex hibernis; se obviam processurum, ut, quid agendum esset, consultarent.

9 Antiocho ad Pheras iam castra habenti, ubi coniunxerant ei se Aetoli et Amynander, legati ab Larisa venerunt quaerentes,
2 quod ob factum dictumve Thessalorum bello lacesseret eos, simul orantes, ut remoto exercitu per legatos, si quid ei videretur, se-

33, 7. — *ad leg. ossa* etc., die Motive des verkehrten, dem Rathe Hannibals c. 7 gerade entgegengesetzten Verfahrens werden in *ab ipso* — *regi* angegeben, ebenso App. c. 16: *δημοκοπῶν ἐς Μακεδόνας, καὶ Φίλιππον αὐτοῖς διαβάλλων* etc. — *ab ipso*, der Urheber; *ab ins.* in Folge. *ipso* kann, da *ab insita* etc. entgegensteht, nur auf Phil. Megalop. bezogen werden; *eo* hinzuzusetzen war nicht nothwendig, da der Bezeichnete eben genannt ist, s. 10, 6, 10, vgl. 38, 49, 11. — *sibi* auf das in *ab ipso* liegende logische Subj. zu beziehen; 38, 21, 3 u. o., Kühnast 98. — *ad gent.*, um sich ihnen als König zu empfehlen. — *ab ins.*, s. 38, 50, 12. — *amplum*, umfangreich, bedeutend. — *tumul.*, App. *ἔθαπτε μεγαλοπρεπῶς;* Tac. Ann. 1, 62: *extruendo tumulo caespitem Caesar posuit.* — *est* ist Prädicat, *factus* Particip., s. 35, 9, 1; die Wortstellung ist frei; die Beziehung auf die Gegenwart wol Polyb. entlehnt. *qui n.* dessen Dasein schon, st. *quo facto Antiochus* etc. — *fortun. in c. hab.*, zu Rathe ziehen, sich leiten lassen von, Curt. 3, 13, 12: *fortunam meam in consilio habuit;* Plin. Ep. 1, 20, 23; Appian.: *ἐνδοιάζων ἔτι καὶ περισκοπῶν ὁποτέρωσε προσθοῖτο.* — *propraet.*, da sogleich folgt *moveret ex hibernis*, und der Anfang des Consulatsjahres, der 15. März, damals mitten in den Winter fiel, s. c. 6, 9; 10, 13, so konnte das Amtsjahr des Baebius schon abgelaufen sein; er commandirte das Heer nur bis zur Ankunft des Consuls, c. 14, 1; auch c. 22, 8 hat er ein Commando; App. nennt ihn *στρατηγόν.* — *process.*, mit dem Heere, c. 10, 10.

9. 1—7. *Antiocho* — *venienti* ist wol ad Dativ zu nehmen, s. 1, 7, 1: *priori* — *venerunt*; 24, 7, 12; sonst auch abl. abs., s. c. 14, 12. *iam*, er ist dem Philippus, c. 8, 3, gefolgt. — *quod ob.* vgl. 35, 38, 8. — *Thessal.*, da Larissa die Hauptstadt der Thessaler ist, reden sie im Namen derselben; *eos* darnach wie 35, 42, 4. — *quid*, c. 5, 3. — *Hippol.*, auf Inschriften *Ἱππόλοχος Ἀλεξίππου Λαρισαῖος*, wahrscheinlich 570 a. u. Prätor der Thessaler, s. 35, 39, 4, wie der § 5 erwähnte

cum disceptaret. eodem tempore quingentos armatos duce Hip- 3
polocho Pheras in praesidium miserunt; ii exclusi aditu, iam
omnia itinera obsidentibus regiis, Scotusam se reçeperunt. lega- 4
tis Larisaeorum rex clementer respondit, non belli faciendi sed
tuendae et stabiliendae libertatis Thessalorum causa se Thessa-
liam intrasse. similia his, qui cum Pheraeis ageret, missus; cui 5
nullo dato responso Pheraei ipsi legatum ad regem principem
civitatis Pausaniam miserunt. qui cum haud dissimilia iis, ut in 6
causa pari, quae pro Chalcidensibus in colloquio ad Euripi fre-
tum dicta erant, quaedam etiam ferocius egisset, rex etiam atque 7
etiam deliberare eos iussos, ne id consilii caperent, cuius, dum
in futurum nimis cauti et providi essent, extemplo paeniteret,
dimisit. haec renuntiata Pheras legatio cum esset, ne paulum 8
quidem dubitarunt, quin pro fide erga Romanos, quidquid fors
belli tulisset, paterentur. itaque et vi summa ope parabant se ad 9
urbem defendendam, et rex ab omni parte simul oppugnare moe-
nia est adgressus et, ut qui satis intellegeret — neque enim du- 10
bium erat — in eventu eius urbis positum esse, quam primam
adgressus esset, aut sperni deinde ab universa gente Thessalorum
aut timeri se, omnem undique terrorem obsessis iniecit. primum 11
impetum oppugnationis satis constanter sustinuerunt; deinde
cum multi propugnantes caderent aut vulnerarentur, labare animi
coeperunt. revocati deinde castigationibus principum ad perse- 12
verandum in proposito, relicto exteriore circulo muri, deficienti-
bus iam copiis in interiorem partem urbis concesserunt, cui bre-
vior orbis munitionis circumiectus erat; postremo victi malis,

Pausanias der erste Prätor derselben nach der Befreiung von den Macedoniern gewesen war, Niebuhr Kl. Schriften 1, 243. — *in praesidium*, um es zu schützen, 31, 16, 7. — *obsident.*, besetzt hielten. — *belli fac.*, 31, 11, 6. — *libert.*, s. 35, 46, 10. — *Chalcid.*, 35, 46, 9; *Eurip. fr.*, der Euripus selbst, 28, 6, 10; es ist wol die Verhandlung 35, 38, 10 gemeint; die vornehmen Thessalier sind mit der von Quinctius 34, 51 gegebenen Verfassung zufrieden. — *in fut.*, um sich vor den Römern sicher zu stellen. — *extemplo*, jetzt sogleich, vgl. 39, 48, 1: *extemplo — mox;* 40, 48, 6. — *paenit.* ohne *eos.*

8—11. *renunt.*, 23, 6, 3. — *ne paul. quid.* „auch nicht einen Moment," geschweige dass u. s. w., 38, 27, 1. — *fors b.*, 44, 8, 3: *fortuna belli.* — *ab o. parte,* in den meisten Hss. fehlt *ab*, vgl. c. 24, 1; 4, 28, 2, anders 37, 18, 5. — *adgressus* gewöhnlicher *adortus*, 3, 35, 7; 40, 25, 5; in anderem Sinne § 10. — *quam pr.*, 23, 10, 10: *quam primum. sperni — se* nach *positum est* in dieser Bedeutung ist wol selten, anders Cic. Fin. 5, 25, 73 u. a., die inff. praes. sollen das sichre Eintreten bezeichnen; c. 1, 3: *propagari.*

12—15. *castigat.*, 31, 46, 11. — *interior.* — *brevior* etc., die Stadt

cum timerent, ne vi captis nulla apud victorem venia esset, de-
13 diderunt sese. nihil inde moratus rex quattuor milia armatorum,
dum recens terror esset, Scotusam misit. nec ibi mora deditio-
14 nis est facta cernentibus Pheraeorum recens exemplum, qui,
quod pertinaciter primo abnuerant, malo domiti tandem fecis-
sent: cum ipsa urbe Hippolochus Larisaeorumque deditum est
15 praesidium. dimissi ab rege inviolati omnes, quod eam rem
magni momenti futuram rex ad conciliandos Larisaeorum ani-
mos credebat.

10 Intra decimum diem, quam Pheras venerat, his perfectis
Crannonem profectus cum toto exercitu primo adventu cepit.
2 inde Cierium et Metropolim et iis circumiecta castella recepit;
omniaque iam regionis eius praeter Atragem et Gyrtonem in po-
3 testate erant. tunc adgredi Larisam constituit ratus vel terrore
ceterarum expugnatarum vel beneficio praesidii dimissi vel exem-
plo tot civitatium dedentium sese non ultra in pertinacia man-
4 suros. elephantis agi ante signa terroris causa iussis quadrato
agmine ad urbem incessit, ut incerti fluctuarentur animi magnae
partis Larisaeorum inter metum praesentem hostium et verecun-
5 diam absentium sociorum. per eosdem dies Amynander cum
Athamanum iuventute occupat Pellinaeum, et Menippus cum tri-

hat schon vorher eine doppelte Mauer gehabt, anders 21, 11, 11 u. a.; über *brevior* s. 2, 50, 7: *breviore spatio orbem colligere.* — *vi capt.* — *dedider.*, nach röm. Weise bezeichnet, s. 31, 40, 4. — *terror* hier eigentlich, § 10: Gegenstand des Schreckens. — *mora ded*, s. 3, 2, 10: *moram certaminis facerent;* 38, 58, 12: *mora triumphi*; 21, 63, 5: *feriarum;* gewöhnlicher ist der Dativ, s. 4, 53, 6; 6, 31, 5 u. a.; auch *ad* 31, 40, 9. — *recens*, eben gegeben, noch wirkend, wie vorher: noch dauernd. — *malo d.*, 2, 54, 10; 4, 49, 11. — *momenti ad*, s. 21, 4, 2. — *rex* könnte fehlen, doch vgl. zu 32, 19, 1; 31, 18, 5; 38, 60, 6 u. a.

10. 1—4. *intra* — *quam*, 43, 9, 2; *quam* bezeichnet den Anfangspunkt des durch *intra* angedeuteten Zeitraumes. — *Crannon.*, Strabo 9, 5, 20 p. 442: *τοὺς μὲν Γυρτωνίους Φλεγύας πρότερον ἐκάλουν — τοὺς δὲ Κραννωνίους Ἐφύρους;* L. 42, 64, 7; Hom. Il. 2, 738, südlich von Larissa. — *Cier.*, c. 14, 6. *Metrop.*. es lässt sich nicht erkennen, ob das in der Nähe von Cierium, 32, 13, 11; ib. 15, 3, oder das nördlich von dem sogleich erwähnten Atrax, 32, 15, 8, gemeint sei. *recep.*, c. 13, 5; 23, 11, 7. — *benef. pr. dim.*, 35, 11, 12; 30, 31, 9; 4, 1, 4: *iniuriam abiudicati agri.* — *quadr. agm.*, 31, 37, 1. — *fluctuar.* als Deponens auch 23, 33, 3; 30, 34, 10; 32, 13, 4; 40, 32, 3; sonst nur *fluctuans*, s. Quint. 9, 3, 7. — *met. praes.*, 42, 53, 7. Der Wechsel der Beziehung bei *praes.* und *absentium* ist zu beachten.

5—9. *Pellin.* (Pelinna), Strabo 9, 5, 17 p. 437: *χωρίον — μεταξὺ τεττάρων φρουρίων ὥσπερ ἐν τετραπλεύρῳ κειμένων, Τρίκκης*

bus milibus peditum Aetolorum et ducentis equitibus in Perrhae-
biam profectus Malloeam et Cyretias vi cepit *et* depopulatus est
agrum Tripolitanum. his raptim peractis Larisam ad regem re- 6
deunt; consultanti, quidnam agendum de Larisa esset, superve-
nerunt. ibi in diversum sententiae tendebant aliis vim adhiben- 7
dam et non differendum censentibus, quin operibus ac machinis
simul undique moenia adgrederetur urbis sitae in plano, aperto
et campestri undique aditu, aliis nunc vires urbis nequaquam 8
Pheris conferendae memorantibus, nunc hiemem et tempus anni
nulli bellicae rei, minime obsidioni atque oppugnationi urbium
aptum. incerto regi inter spem metumque legati a Pharsalo, qui 9
ad dedendam urbem suam forte venerant, animos auxerunt. M. 10
Baebius interim cum Philippo in Dassaretiis congressus Ap. Clau-
dium ex communi consilio ad praesidium Larisae misit, qui per
Macedoniam magnis itineribus in iugum montium, quod super
Gonnos est, pervenit. oppidum Gonni viginti milia ab Larisa ab- 11
est, in ipsis faucibus saltus, quae Tempe appellantur, situm. ibi

τε καὶ Μητροπόλεως καὶ Πελινναίου καὶ Γόμφων, Bursian 1, 52. — *Perrhaeb.*, 33, 34, 6. — *Mall. et Cyr.*, 31, 41, 6. — *Tripol.*, 42, 53, 6: *Azorum, Pythium, Dolichen*, an der westlichen Abdachung des Olympus, südlich vom Titariongebirge, östlich von dem cambunischen. — *consult.*, das Asyndeton ist hier nicht ohne Härte. — *vim adh.*, 26, 44, 10. — *differend.*, c. 6, 9; mit *quin* auch 40, 27, 1; 22, 12, 3. — *aperto* etc., nach der hds. Lesart *apertae camp. u. a.* schiene Larissa eine offene Stadt zu sein im Widerspruch zum Vorhergeh. Der Abl. ist entweder wie c. 6, 2 zu nehmen od. abl. qual., s. 5, 47, 2; 34, 28, 2. *aperto ad.*, s. 9, 29, 5: *apertior aditus. campestri* vertritt eine locale Bestimmung, vgl. 40, 22, 12: *a campo aditu.* Larissa lag mitten in der thessal. Ebene, unmittelbar am Peneos. — *Pheris*, wie c. 7, 13: *ferae.* — *et temp. an.*, erklärender oder erweiternder Zusatz, vgl. 5, 2, 4: *iam ne hiemi quidem aut tempori anni cedere.* — *Phars.*, s. 33, 13, 6; die Aetoler haben also die Stadt nicht, vgl. 39, 25, 9.

10—12. *interim* ist einem bedeutenden Begriffe nachgestellt, s. 37, 11, 6; 34, 17, 5. — *Dassar.*, 31, 33, 4. — *per Maced.*, der ganzen Länge nach, 32, 9, bis nach Dium, um durch Tempe, nicht auf dem 32, 13 erwähnten Wege nach Thessalien zu gelangen. — *iug. mont.*, es sind die Vorberge des Olympus, jetzt Kokkinopetri. *Gonnos*, wie 33, 10, 6, vgl. 42, 54, 7, es lag bei dem jetz. Dereli, nicht weit von Balamut, vgl. auch Strabo 9, 5, 19 p. 440: *Γόννος — ὑπὸ τοῦ Ὀλύμπου κεῖται οὐ πολὺ ἄπωθεν τοῦ Εὐρώπου ποταμοῦ, ὃν ὁ ποιητῆς Τιταρήσιον καλεῖ*, s. 42, 67; 44, 6, und beherrschte den südwestlichen Zugang in das Tempethal sowie den Weg am Ascurissee, 44, 2, 6. *vig. m. pass.*, vier Meilen, wol nach den Krümmungen des Flusses, da der Weg von Ampelakia, Gonnus gegenüber, nach Larissa nur 4—5 Stunden beträgt. — *in ips. f.*, 32, 4, 3. —

castra metatus latius quam pro copiis et plures quam quot satis in usum erant ignes cum accendisset, speciem, quam quaesierat, hosti fecit omnem ibi Romanum exercitum cum rege Philippo esse.
13 itaque hiemem instare apud suos causatus rex unum tantum moratus diem ab Larisa recessit et Demetriadem redit,
14 Aetolique et Athamanes in suos receperunt se fines. Appius etsi, cuius rei causa missus erat, solutam cernebat obsidionem, tamen Larisam ad confirmandos in reliquum sociorum animos descen-
15 dit; duplexque laetitia erat, quod et hostes excesserant finibus, et intra moenia praesidium Romanum cernebant.

11 Rex Chalcidem a Demetriade profectus, amore captus virginis Chalcidensis, Cleoptolemi filiae, cum patrem primo allegando,
2 deinde coram ipse rogando fatigasset, invitum se gravioris fortunae condicioni illigantem, tandem impetrata re tamquam in media pace nuptias celebrat et relicum hiemis, oblitus, quantas simul duas res suscepisset, bellum Romanum et Graeciam liberandam, omissa omnium rerum cura, in conviviis et vinum sequentibus voluptatibus ac deinde ex fatigatione magis quam sa-

pro cop., nach App. 2000 Mann. *et — cum,* die seltene Verbindung eines Particip. mit einem Nebensatze durch eine Copulativpartikel, s. 32, 14, 2; Tac. H. 3, 46, stützt sich nur auf die Mz. Hs., die übrigen sind lückenhaft und scheinen ein anderes Verderbniss anzudeuten. — *plur. q. q.*, 21, 32, 12. — *quaes.*, beabsichtigt hatte, 9, 17, 1; 31, 39, 2. — *omnem* etc., gewöhnlich steht bei *speciem praebere* das Object im Genitiv, s. 35, 34, 9; 3, 18, 4; 21, 2, 6; 22, 17, 3 u. a.; anders ist *speciem praebere* 34, 52, 12 u. a.

13—15. *instare*, da sei, s. zu 5, 6, 6; 2, 36, 6; vgl. 32, 36, 6, so dass die Bemerkung c. 6, 9 u. c. 11, 2; 5 nicht widerspricht, obgleich sich L. nach c. 6, 10 den Winter schon weiter vorgeschritten denken müsste, vgl. auch c. 13, 2. — *tantum* ist um zu steigern zu *unus* hinzugefügt, vgl. 6, 16, 5; 37, 14, 2; 40, 22, 9. — *cuius — erat* ist wie sonst *id — quod*, vgl. c. 7, 4, eingeschoben. — *in rel.,* 26, 32, 6; 41, 23, 15.

11. 1—2. *Chalc. a Demetr.*, c. 12, 7; 37, 1, 1: *Romam e Graecia* u. a. — *virgini*, Polyb.: *ἔθετο — τῇ παιδὶ ὄνομα Εὔβοιαν.* — *Cleoptol.*, Athenaeus aus Polyb.: *Κλεοπτολέμου — ἑνὸς τῶν ἐπιφανῶν;* das Folg. *cum — pace* hat derselbe übergangen oder L. zugesetzt. — *alleg.*, indem er beschickte, seine Vertrauten an ihn schickte. — *coram ip.*, er selbst in eigener Person bei ihm anwesend, s. c. 3, 9; 28, 17, 8; 2, 47, 4 u. a. — *grav. fut.*, zu drückend für einen Privatmann, vgl. 27, 31, 6: *immittendo se in privatum fastigium.* — *condic.*, eine Partie, s. 3, 45, 11. — *illigant.*, sich verwickeln, fesseln lassen wollte, hat L. viell. zuerst mit dem Dativ, sonst wird es mit dem Abl. verbunden, s. 32, 22, 11; 33, 12, 13 u. a. — *nupt. cel.*, Polyb.: *γάμους συνετέλει πεντήκοντα ἔτη γεγονὼς καὶ δύο τὰ μέγιστα τῶν ἔργων ἀνειληφώς.* — *bell. — Graec. lib.*, 1, 15, 4. — *ex fatig.*, 22, 2, 10: *ex intemperie;* ib. 7, 3; 43, 16, 3. *earum* scheint auch zu fatigat. zu gehören: durch; *satiet.* an densel-

tietate earum in sommo traduxit. eadem omnis praefectos regios, 3
qui ubique, ad Boeotiam maxime, praepositi hibernis erant, cepit luxuria; in eandem et milites effusi sunt, nec quisquam eorum
aut arma induit aut stationem aut vigilias servavit aut quicquam 4
quod militaris operis aut muneris esset, fecit. itaque principio 5
veris, cum per Phocidem Chaeroneam, quo convenire omnem undique exercitum iusserat, venisset, facile animadvertit nihilo
severiore disciplina milites quam ducem hibernasse. Alexandrum 6
inde Acarnana et Menippum Macedonem Stratum Aetoliae copias ducere iussit: ipse Delphis sacrificio Apollini facto Naupactum
processit. consilio principum Aetoliae habito via, quae praeter 7
Calydonem et Lysimachiam fert ad Stratum, suis, qui per Ma-

ben. *in somno*, unter Schlaf, in Sch. versunken, sonst steht der blosse Abl. bei *traducere*, s. 9, 3, 4; ib. 32, 3, wie *tempus terere in re*, 1, 57, 9; 36, 34, 8; vgl. Flor. 1, 24, 9.

3—4. *qui ubiq.*, die, wo sie auch waren, überall. — *ad Boeot.* wäre fast gleich *in Boeotia*, vgl. 42, 67, 1: *ad Gonnum;* ib. 12, 6: *ad Delum;* 45, 12, 2; 9, 3, 6; 1, 20, 5: *ad quae templa.* Gron. vermuthet *ac Boeotiae.* — *maxime*, aus den c. 6, 2 erwähnten Gründen. — *cepit lux.*, wie *oblivio capit* u. ä. — *station.*, überhaupt Wachposten. — *vig. serv.*, 33, 4, 2. — *operis* Handarbeiten; *muneris* die vorher erwähnten Obliegenheiten; zur Schilderung vgl. 23, 18, 14; 25, 20, 6.

5. *veris*, der schon c. 3, 14 erwähnte. — *per Phoc. Chaer.*, dann wäre der König nicht direct durch Böotien gegangen, sondern in dem Euripus bis nach Daphnus, s. Strabo 9, 3, 1 p. 416: *ὁ γὰρ Δαφνοῦς ἦν τότε τῆς Φωκίδος — νῦν δὲ Λοκρῶν ἐστὶν ἡ χώρα* etc., vgl. p. 424 f., gesegelt und so etwas westlich einbiegend nach Chaeronea gekommen. Andere lesen: *per Phoc. in Acarnaniam*, was aber nicht passend scheint, da erst von dem Vereinigungspunkt aus das Heer nach Stratus ziehen soll. Antiochus scheint das nördliche Griechenland vereinigen und die See im Westen gewinnen zu wollen; Phocis und Lokris stehen schon zu ihm, s. 33, 34, 8.

6—7. *Alexandr.*, 35, 18. *Acarnana*, vgl. 35, 37, 6. — *Strat. Aetol.*, s. 27, 30, 7; Stratus, in der Nähe des Achelous, hatte früher zu Acarnanien gehört, war aber bei der Theilung des Landes zwischen Alexander, Pyrrhus Sohn, und den Aetolern, s. Polyb. 2, 45; 9, 34; 38, wie es scheint, den letzteren zugefallen, und von ihnen behauptet worden, s. 43, 21, 9; 38, 4, 6, vgl. 33, 34, 7; Bursian 1, 109. — *Delph.*, vgl. c. 30, 3; 35, 43, 3. — *Naup.*, c. 30, 6. — *consil.*, das 35, 45, 9 bestimmte, nicht *concilium;* oder es sind die Apokleten gemeint. — *Calyd.* am rechten Ufer des Euenus, Hom. Il. 2, 640; 9, 530, nördlich davon in der Nähe des Sees Hyria, j. Zygo, liegt Lysimachia. — *ad Strat.* scheint zunächst zu *fert* zu gehören, da *via fert* gewöhnlich mit Angabe des Zieles gesagt wird, s. 35, 30, 9; 8, 8, 19; ib. 26, 4; 25, 25, 2 u. a., ist aber wol auch zu *occurrit* zu denken, wegen § 6, da Ant. nicht über Stratus hinausgeht, die Truppen schwerlich weiter nach Süden ziehen. — *per Maliac. sin.*, wenn auch, wie c. 14, 12, das Land

8 liacum sinum veniebant, occurrit. ibi Mnasilochus princeps Acar-
nanum, multis emptus donis, non ipse solum gentem regi con-
ciliabat, sed Clytum etiam praetorem, penes quem tum summa
9 potestas erat, in suam sententiam adduxerat. is cum Leucadios,
quod Acarnaniae caput est, non facile ad defectionem posse cer-
neret impelli propter metum Romanae classis, quae cum Atilio
10 quaeque circa Cephallaniam erat, arte eos est adgressus. nam
cum in concilio dixisset tuenda mediterranea Acarnaniae esse et
omnibus, qui arma ferrent, exeundum ad Medionem et Thyrreum,
11 ne ab Antiocho aut Aetolis occuparentur, fuere qui dicerent nihil
attinere omnis tumultuose concitari, satis esse quingentorum ho-
minum praesidium. eam iuventutem nactus, trecentis Medione,
ducentis Thyrrei in praesidio positis, id agebat, ut pro obsidibus
12 futuri venirent in potestatem regis. Per eosdem dies legati regis
Medionem venerunt; quibus auditis cum in contione, quidnam
2 respondendum regi esset, consultaretur, et alii manendum in Ro-

an dem Meerbusen gemeint ist, so bleibt doch der Zug der Soldaten unklar; denn da sie nach § 5 sich in Chaeronea versammelt haben, müssen sie von da nördlich über das Gebirge hin, dann auf der Nordseite desselben westlich gegangen sein, um es auf dem c. 30 beschriebenen Wege etwa wieder nach Süden hin, s. c. 15, 9, zu übersteigen; welche Gründe diesen Zug bedingten, hat L. nicht angegeben, oder anders geschrieben. Ob das Heer oder nur der König durch Aetolien zurückgekehrt ist, lässt sich aus c. 12, 11 nicht sicher erkennen.

8—11. *ibi* wäre, wenn nicht ausgefallen ist, dass der König Acarnanien erreicht habe, nicht genau, da es nur auf Stratus bezogen werden kann, welches nach § 6 zu Aetolien gehört, während Mnasilochus in Acarnanien thätig ist. — *Mnasilochus*, s. 35, 12, 6: *Damocritus;* die Hss. deuten an, dass L. viell. *Mnasilocus* geschrieben habe; ebenso *Eurylocus* 35, 31; 36, 33, 6. — *donis* von Antiochus. — *conciliab.*, war noch damit beschäftigt. — *praetor*, s. 33, 16, 3, wird durch das Folg.: *penes — erat* erklärt; die Akarnanen sind frei, s. zu 33, 34. — *quod* geht dem Sinne nach auf das in *Leucadios* angedeutete *Leucas*, s. 2, 53, 1; zur Sache 33, 16. — *cum Atil.*, 35, 37, 3. — *quaeque*, s. c. 6, 4: *quaque*, eine Abtheilung der oben genannten Flotte, s. c. 12, 9. — *Cephallania*, wie § 8 *Mnasil.*, findet sich 42, 37, 3; 38, 9, 10; ib. 28, 7; *Cephalania* a. u. St., c. 12; 13; 37, 13; 38, 11; 30; 31, vgl. 37, 50, 5; ib. 13, 12: *Cephalanum.* — *concil.*, der Bundesrath der Akarnanen, 33, 16. — *ad Med.*, auf M. zu, die Stadt, s. Thucyd. 3, 106, lag in der Nähe des j. Katouna. — *Thyrr.* (oder Thyrium, Thyreum), s. 38, 9; 43, 17, nordwestlich von Medion, nach Polyb. 4, 6 dem Meere (dem ambrakisch. Meerbusen) näher als *mediterranea* bei L. erwarten lässt, j. Hagia Vasilios. — *tumult.*, wie c. 12, 5. — *eam iuv.*, diese, so viel junge Leute. — *futuri*, 43, 10, 3: *obsides, pignus futuros;* 42, 6, 9: *ut pro rege non pro obside fuerit*, anders 8, 7, 12.

12. 1—4. *contione*, Versammlung

mana societate, alii non aspernandam amicitiam regis censerent,
media visa est Clyti sententia eoque accepta, ut ad regem mitte- 3
rent legatos peterentque ab eo, ut Medionios super tanta re con-
sultare in concilio Acarnanum pateretur. in eam legationem Mna- 4
silochus et qui eius factionis erant de industria coniecti, clam
missis, qui regem admovere copias iuberent, ipsi terebant tem-
pus. itaque vixdum iis egressis legatis Antiochus in finibus, et 5
mox ad portas erat, et trepidantibus, qui expertes proditionis fu-
erant, tumultuoseque iuventutem ad arma vocantibus ab Clyto et
Mnasilocho in urbem est inductus; et aliis sua voluntate adfluen- 6
tibus metu coacti etiam, qui dissentiebant, ad regem convenerunt.
quos placida oratione territos cum permulsisset, ad spem vulga-
tae clementiae aliquot populi Acarnaniae defecerunt. Thyrreum 7
a Medione profectus est Mnasilocho eodem et legatis praemissis.
ceterum detecta Medione fraus cautiores, non timidiores Thyrreen-
sis fecit: dato enim haud perplexo responso, nullam se novam 8
societatem nisi ex auctoritate imperatorum Romanorum acceptu-
ros, portisque clausis armatos in muris disposuerunt. et perop- 9
portune ad confirmandos Acarnanum animos Cn. Octavius mis-
sus a Quinctio, cum praesidium et paucas naves ab A. Postumio,
qui ab Atilio legato Cephallaniae praepositus fuerat, accepisset,

der Bürgerschaft, verschieden von *concilio* § 3; c. 11, 10. — *media*, 26, 21, 4. — *eoq.*, 33, 37, 2. — *super t. re*, s. 32, 11, 4. — *consult.*, Rath pflegen, sich Raths erholen, s. 10, 25, 11; anders c. 8, 6. — *coniec.*, durch den Prätor; zum Ausdruck s. 35, 28, 9; 45, 15, 5; Cic. Phil. 5, 6, 15.

5—8. *iis* ist viell. zu entfernen, oder *legatis* unächt. — *vixdum i. eg.*, 32, 28, 4: *vixdum inchoatis rebus;* 10, 32, 7. — *et mox*, s. 43, 4, 10: *vixdum pervenisse et — audisse;* 38, 22, 7; 8, 33, 5: *strepitus auditur*, *et ipse — aderat.* — *trepid.*, in Verwirrung umher liefen. — *fuerant*, vor der Ankunft des Ant. — *alius*, statt des zweiten *alius*, folgt in *qui* etc. die Bezeichnung der zweiten Classe selbst, s. 29, 33, 7. — *sua volunt.*, sonst auch nur *voluntate*, s. 35, 22, 6; 2, 24, 5 u. a. — *placida orat.* ist wol so gestellt um den Contrast zwischen *placida* u. *territos* zu heben, vgl. zu praef. 5; 31, 14, 9. — *permuls.*, 40, 21, 4; 28, 25, 4. — *ad spem*, c. 13, 5; 38, 41 6, s. 1, 7, 7. — *det. Med. fr.*, der Umstand dass zu M. — an den Tag gekommen war. — *haud perpl.*, c. 5, 8; 30, 42, 7. — *se* auf das bei *dato* zu denkende Subj. (*a Thyrreensibus*) zu beziehen, s. c. 14, 11; vgl. 35, 41, 10, zu 3, 39, 7. *ex auct.*, wie 35, 50, 2. — *imperatorum*, wahrscheinlich dem des Landheeres und der Flotte, s. 37, 52, 5, od. den gerade anwesenden.

9—11. *et perop.*, und dazu war u. s. w. — *Octav.*, 35, 23, 5. *Quinctius* leitet das Ganze, vgl. 35, 39, 4, da der Consul noch nicht da ist. — *Postum.*, ob der 39, 7 oder 40, 41 erwähnte gemeint sei, lässt sich nicht entscheiden. — *legato*, er wäre,

10 Leucadem venit implevitque spei socios M'. Acilium consulem iam cum legionibus mare traiecisse et in Thessalia castra Romana
11 esse. hunc rumorem quia similem veri tempus anni maturum iam ad navigandum faciebat, rex praesidio Medione imposito et in quibusdam aliis Acarnaniae oppidis Thyrreo abscessit et per Aetoliae ac Phocidis urbis Chalcidem redit.

13 Sub idem tempus M. Baebius et Philippus rex, iam ante per hiemem in Dassaretiis congressi, cum Ap. Claudium, ut ob-
2 sidione Larisam eximeret, in Thessaliam misissent, quia id tempus rebus gerendis immaturam erat, in hiberna regressi, princi-
3 pio veris coniunctis copiis in Thessaliam descenderunt. in Acarnania tum Antiochus erat. advenientes Philippus Malloeam Perrhaebiae, Baebius Phacium est adgressus; quo primo prope impetu
4 capto Phaestum eadem celeritate capit. inde Atragem cum se recepisset, Cyretias hinc et Eritium occupat, praesidiisque per recepta oppida dispositis Philippo rursus obsidenti Malloeam se
5 coniungit. sub adventum Romani exercitus seu ad metum virium seu ad spem veniae cum dedidissent sese, ad ea recipienda
6 oppida, quae Athamanes occupaverant, uno agmine ierunt. erant autem haec: Aeginium Ericinium Gomphi Silana Tricca Meliboea

da Atilius, weil sein Nachfolger noch nicht angelangt ist, s. c. 2, 6, wenigstens *propraetor* gewesen, wie Baebius c. 8, 6; Perizonius vermuthet *legatus*. — *praepos.*, nur vorübergehend, nicht wie die *magistratus* 38, 11, 5; *Aetil.* heisst c. 20 *praefectus*; nach 38, 9, 10, vgl. 37, 13, 11, hat Cephallenia sich zu den Aetolern gehalten. — *cum leg.*, 35, 12, 12. — *temp.,a.* vgl. c. 14, 1. — *Medion.*, 31, 18, 8: *imposito Abydi praesidio;* 43, 19, 1. — *per Aet.*, der c. 11, 5 bezeichnete Weg.

13. Baebius und Philippus in Thessalien. Zonar. 9, 19.

1—4. *per hiem.* c. 10, 13. — *hiberna*, die des Baebius in der Gegend von Apollonia, 35, 24. — *in Thessal.*, wol wieder durch Tempe, da Phaloria, s. 32, 15, so spät genommen wird. — *Perrhaeb.*, dass zu diesem Districte die Stadt gehörte, geht daraus hervor, dass sie nach c. 10, 5 so nahe bei der Tripolis lag, welche Polyb. 28, 13 auch zu Perrhaebien rechnet, s. 39, 25, 16; 6: *de Perrhaeborum — oppidis.* — *Phac.* — *Phaest.*, zu 32, 13, 8. — *Atrag.*, dieses ist c. 10, 2 frei geblieben. — *Cyret.*, c. 10, 3. *Erit.*, in der Nähe des Fl. Titaresios, Bursian 1, 57.

5—9. *sub adv.*, § 1; 37, 6, 3 u. o. *ad met.* — *ad sp.*, c. 12, 6; 32, 5, 3; 3, 11, 10 u. o. — *quae Atham.*, im Westen Thessaliens, an der Grenze von Athamanien. — *Aegin. Phalor.* 32, 15; *Ericin.*, vgl. 39, 25, 16, wird wie *Silana* nur von L. erwähnt, wahrscheinlich lagen sie in der Nähe von *Gomphi*, 33, 34, 11, welches also nicht lange in dem Besitze der Athamanen geblieben ist. *Melib.* in der Nähe von Aeginium, s. 44, 13; 46; dass die Städte genommen wurden, deutet nur *ad ea recipienda ierunt* an, vgl. 1, 33, 5. Auch 39, 25, 3; 16, werden Tricca Phaloria Malloea Ericinium als von Phil. einge-

Phaloria. inde Pellinaeum, ubi Philippus Megalopolitanus cum 7
quingentis peditibus et equitibus quadraginta in praesidio erat, circumsidunt et, priusquam oppugnarent, mittunt ad Philippum qui monerent, ne vim ultimam experiri vellet. quibus ille satis 8
ferociter respondit vel Romanis vel Thessalis se crediturum fuisse, in Philippi se potestatem commissurum non esse. postquam ap- 9
paruit vi agendum, quia videbatur et Limnaeum eodem tempore oppugnari posse, regem ad Limnaeum ire plasuit, Baebius restitit ad Pellinaeum oppugnandum.

Per eos forte dies M'. Acilius consul cum viginti milibus pe- **14**
ditum, duobus milibus equitum, quindecim elephantis mari traiecto pedestris copias Larisam ducere tribunos militum iussit; ipse cum equitatu Limnaeum ad Philippum venit. adventu consulis deditio 2

nommen erwähnt. — *Pellin.*, c. 10. — *Romanis*, da diese auch unter den die Uebergabe fordernden waren, so scheint der Sinn zu sein: ihnen allein, ohne Philipp., wolle er die Stadt übergeben, obgleich auch das nicht sogleich nach dem Abzuge des Königs erfolgt, da Baebius § 9 die Belagerung fortsetzt. — *quia vid.*, da man sah, dass so längere Zeit nöthig sei. *Limn.*, gewöhnlich *Limnaeam*, aber der acc. c. inf. wird nur selten von *videtur*, *videbatur*, *videri* abhängig gemacht, s. Cic. Off. 3, 17, 71; Sall. I. 85, 2; anders ist L. 1, 10, 7: *visum est*, vgl. dagegen *credi* 25, 38, 15; 8, 26, 7; *traditur* 5, 33, 2; Limnaeum lag auf dem rechten Ufer des Peneos, östlich von Tricca.

14. Zug des Consul Acilius an den malischen Meerbusen. Appian. Syr. 17.

14. 1—3. *forte*, es traf sich an einem der Tage, s. 37, 34, 1; ib. 20, 1. — *viginta mil.*, L. hat bis jetzt nach den Annalisten berichtet, dass bereits ein Heer von 2 Legionen in Epirus stehe, s. 35, 20, 10: *Atilio* (*Baebio*) – *duae legiones decretae*, welche Baebius 35, 23, 6 nach Brundisium; ib. 24, 7 nach Apollonia führt; für diese Legionen werden 35, 41, 4 Ergänzungstruppen ausgehoben, 36, 1, 7 für Acilius bestimmt und von ihm in die Provinz geführt, c. 3, 13. Die Zahl dieser Truppen stimmt in Rücksicht auf die Zahl der Fusssoldaten mit der hds. Lesart *decem millibus*, s. 35, 41. Polyb. dagegen scheint angenommen zu haben, dass bis jetzt nur wenige Truppen in Griechenland gewesen seien, daher c. 5, 7: *longinquo ab se auxilio*; 35, 46, 8: *procul*, vgl. d. St. zu 35, 50, 2; App. c. 16: *Βαίβιον — ἄρχοντά τινος πλησίον στρατοῦ*, erst Acilius ein regelmässiges Heer nach Griechenland geführt habe, s. zu c. 1, 6; App. c. 17: *Ῥωμαῖοι τοῖς τότε ἑτοίμοις ἱππεῦσι δισχιλίοις καὶ πεζοῖς δισμυρίοις καὶ ἐλέφασί τισι — διαβαλόντες ἐπὶ Θεσσαλίας ἐβάδιζον*; Zon. 9, 19: *μετὰ στρατοῦ πολλοῦ*. Man könnte daher zweifeln, ob L. nach der hds. Lesart auch an u. St. den Annalisten folge od. Polyb.; indess macht es die Erwähnung der Elephanten wahrscheinlicher, dass er, des früher Erzählten uneingedenk, hier wie sonst an der Stelle den Bericht des Polyb. wiedergegeben habe. — *Limn.*, der Consul scheint von Apollonia durch Epirus gezogen zu sein, da er im westlichen Thessa-

sine cunctatione est facta. traditumque praesidium regium et cum
3 iis Athamanes. ab Limnaeo Pellinaeum consul proficiscitur. ibi primi Athamanes tradiderunt sese, deinde et Philippus Megalopo-
4 litanus; cui decedenti praesidio cum obvius forte fuisset Philippus rex, ad ludibrium regem eum consalutari iussit, ipse congressus
5 fratrem haud sane decoro maiestati suae ioco appellavit. deductus inde ad consulem custodiri iussus et haud ita multo post in vinculis Romam missus. cetera multitudo Athamanum aut militum Antiochi regis, quae in praesidiis deditorum per eos dies oppidorum fuerat, Philippo tradita regi est; fuere autem ad quat-
6 tuor milia hominum. consul Larisam est profectus, ibi de summa belli consultaturus. in itinere ab Cierio et Metropoli legati
7 tradentes urbes suas occurrerunt. Philippus Athamanum praecipue captivis indulgenter habitis, ut per eos conciliaret gentem, nactus spem Athamaniae potiendae exercitum eo duxit praemis-
8 sis in civitates captivis. et illi magnam auctoritatem apud populares habuerunt, clementiam erga se regis munificentiamque com-
9 memorantes. et Amynander, cuius praesentis maiestas aliquos in fide continuisset, veritus, ne traderetur Philippo iam pridem hosti et Romanis merito tunc propter defectionem infensis, cum coniuge ac liberis regno excessit Ambraciamque se contulit: ita
10 Athamania omnis in ius dicionemque Philippi concessit. consul ad reficienda maxime iumenta, quae et navigatione et postea iti-

lien zu Baebius stösst, s. 37, 6, 1; 32, 14, 5.

4—7. *deced. praes.* s. 32, 7, 4; 38, 37, 10, s. zu 32, 7, 4. — *fuisset* 45, 44, 10. — *regem* c. 8, 3; App.: *ἐλπίζοντα ἔτι τὴν Μακεδόνων ἀρχήν.* — *ad ludibr.*, um ihn zu verspotten, 26, 32, 5 u. a. — *consalut.*, 1, 7, 1; 22, 30, 2. — *fratr.*, 35, 47, 5. — *haud s. decor.*, vgl. 32, 34, 3. — *duci — iussus*, c. 6, 4; 10, 17, 9: *miles — potitus — coactus — inde ductus.* — *aut milit.*, die bestand theils aus — theils aus. — *ad quatt. m.*, Appian. l. l.: *εἷλον δὲ καὶ τῶν Ἀντιοχείων ἐς τρισχιλίους*, also ohne die Athamanen. — *de summa*, c. 6, 6; in diese Zeit fällt auch wol die c. 5, 2 angedeutete Thätigkeit Cato's. — *Cier. et Metrop.*, c. 10, 2. — *trad.*, 21, 6, 2. — *indulg.*, s. fragm. l. 133: *cum ab Augusto capta (Cleopatra) indulgentius tractaretur*, 23, 43, 11. — *Atham. pot.*, dass ihm der Consul die Besitznahme gestattet habe, wird erst 39, 23, 10; ib. 28, 4 bemerkt. — *praemiss.* etc. fügt nicht ohne Härte, da bereits *captivis — habitis* vorausgeht und der Begriff Athamanien so oft gedacht werden muss, eine neue Bestimmung zu *duxit* hinzu.

8—9. *et illi* entspricht *et Amynander*, *illi* ist zu betonen. — *continuisset* ist conditional, *praesentis* also: *si tum praesens esset.* — *iam prid.*, 2, 59, 3: *victor iam*; 3, 52, 5; zur Sache 31, 28, 1. — *defect.*, 35, 47. — *ius dic.*, s. 32, 33, 8, ähnliche Formeln s. c. 39, 9; 34, 57, 7 u. a. — *conced.*, 38, 16, 9; 28, 7, 9 u. a.

neribus fatigata erant, paucos Larisae moratus dies, velut renovato modica quiete exercitu Crannonem est progressus. venienti 11
Pharsalus et Scotusa et Pherae quaeque in eis praesidia Antiochi erant deduntur. ex iis interrogatis, qui manere secum vellent, mille volentis Philippo tradit, ceteros inermes Demetriadem remittit. Proernam inde recepit et quae circa [ea] castella erant. 12
ducere tum porro in sinum Maliacum coepit. appropinquanti faucibus, super quas siti Thaumaci sunt, deserta urbe iuventus omnis armata silvas et itinera insedit et in agmen Romanum ex superioribus locis incursavit. consul primo misit, qui ex propin- 13
quo colloquentes deterrerent eos a tali furore; postquam perseverare in incepto vidit, tribuno cum duorum signorum militibus circummisso interclusit ad urbem iter armatis, vacuamque eam cepit. tum clamore ab tergo captae urbis audito refugientium 14
undique ex silvis insidiatorum caedes facta est. ab Thaumacis 15
altero die consul ad Spercheum amnem pervenit, inde Hypataeorum agros vastavit.

Cum haec agebantur, Chalcide erat Antiochus, iam tum cer- **15**
nens nihil se ex Graecia praeter amoena Chalcide hiberna et in-

